Psalm. 142. S. Ambros. 9. 4. Argumētū. Solas Deus potest illabi a animis nostris. Est argum. Did. Alex. Quo pacto Deus sit intra nos. S. Hieron. Spiritus Sanctus hominū mentibus infunditur. Locus celebris Isaia II. S. Ambros. Ezech. 36.

partibus corripis &c. Cui intelligentie consonat illud Psalm. 50. Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me. Quasi ab Spiritu Sancto correptus, & innouatus optaret, ne Spiritus Sanctus a se discederet. Et Psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Natus duxor in terram rectam, in regione probitatis, nisi Deus, & nullus bonus absoluta voce indicatus, nisi Deus. Et ita explicat Diuus Ambrosius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 5. Quid est enim spiritus, nisi plenus bonitatis &c. Ex ijs vero, quæ argumento sequenti differenda sunt, copiosius ostenditur, quod Spiritus Sanctus sit sanctimonie Auctor, & gratiarum spiritualium largitor vbetrimus; Est ergo Spiritus Sanctus Deus, qui nos probitate, & moribus sanctis exornat. Quartum argumentum est validissimum; nam cum certum habeamus solū Deum habitare in mentibus hominum & solum Deum posse illabi animis nostris, Spiritus Sanctus dicitur apud nos habitare, & nobis infandi: est ergo Spiritus Sanctus Deus. Argumentum est Didymi Alexandrini lib. 1. de Spiritu Sancto, Spiritum Sanctum esse Deum, quia est capabilis, & participabilis, hoc est, quia possumus eius substantiā capere; ita ut sit intra nos, non quasi in vase, aut loco, sed per substantiam infinitam omnia continentem, & in omnibus intimè presentem. De quo Diuus Ambrosius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 5, Qui cum sit inaccessibilis natura, receptabilis tamen propter bonitatem suam nobis est, complens virtute omnia. Quod ait receptabilem, ait Didymus capabilem secundam S. Hieronymi interpretationē. Quod ergo spiritus Dei sit in hominum mentibus, & illis infundatur, exploribus locis veteris testamenti ostendendum est. Locus est celebris apud Isaiam cap. 61. hand dubiè de Spiritu Sancto explicandus. Requiescet super eum spiritus Domini, scilicet super Messiam. Cui simile est illud cap. 61. Spiritus Domini super me, eò quod vnixerit Dominus me, ad annunciandum in uersuetis misit me. Spiritus, qui vngit Messiam, & illum mittit, nō est animus Messie, sed est infinita substantia mentis humane, que erat in Christo, illapsa, quem Christiani Spiritum Sanctum esse credimus. Et iterū

A cap. 44. Effundam spiritum meum super semen tuum &c. Et illud similiter cap. 42. Complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum. Est ergo spiritus Dei res diuina, qui spiritus in pijs hominibus domicilio habet: quod idem pollicetur Dominus Aggæi 2. Et spiritus meus erit in medio vestri. Cui consonat illud Ezechiel 11. Dabo eis cor unum, & spiritum nouum tribuā in visceribus eorum. Quia spiritus diuinus cordibus infusus ipsa innouat, & reformat. Et cap. 36. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et repetit. Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in preceptis meis ambuletis. Tigarina versio, que apud ipsos Hebraizantes nonnullam fidem habet, utrobique loco verborum, in medio vestri, habet, In precordijs vestris. Adhuc explicatius dicitur de eodem diuino spiritu Ezechiel 39. Non abscondam olera faciem meā ab eis, eò quod effuderim spiritum meū super omnem domum Israel. Vbi Deus pollicetur non se auersurum esse faciem a populo, in quem spiritum suum profudisset. Elegantissimè dicitur de Spiritu Sancto, qui est amor effusus. Neque poterat Deus a populo disungi, in quem totum amorem profuderat. C Quamobrem cum Spiritus Sanctus sit auctor bonorum omnium, per hoc quod dicitur effundi, simul omnia bona creata dicuntur in nos cum ipso collata. Isaia 32. Donec effundatur super nos spiritus de excelso, & erit desertum in Charmel. Vbi prædicitur commutandos esse agros steriles in perpetuum virorem, & amenitatem, propter missionē Spiritus Sancti, que sunt de donis gratiæ interpretanda. Et cap. 44. cum effusione aquarum affluentiissima prædixisset, subdit Propheta. Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. In quem locum S. Ambrosi lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 7. Nulla enim potest esse plena benedictio, nisi per infusionem Spiritus Sancti, Et similiter Ezechiel 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini. Subiungit. Et spiritum meum ponam in medio vestri. Quia spiritus diuinus est fons gratiarum, quibus peccata eluuntur, & anime instrantur. Vnde etiam locus omnis

Idē cap. 44. & 42. Sp. Sanctus in pijs habitat, eosque innouat. Aggæi. 2. Ezech. 11. Et cap. 36. Et cap. 39. Sp. Sanctus, qui est amor, eleganter dicitur effundi. Cum eo in nos effuso bona omnia simul nobis infunduntur. Isaia 32. Et cap. 44. Ezech. 36. S. Ambros. Ezech. 36.

De Sp. Sancto aptissime explicatur quivis locus in quo nomine spiritus, donum aliquod intelligitur.

Isaia II.

Ioelis 2.

II.

S. Ambros. auget argum. ex Ioelis 2.

Pater cur de Sp. Sancto effundere, & tradere dicatur.

Locus alius valde observandus.

Numer. II.

Sapientia creata Moyse non est diuisa, alijs ve tradita.

S. Ambros. Sp. Sanctus diuisus secundum effectum.

12.

nis scripture sacre, in quo secundum interpretes, nomine spiritus intelligitur donum aliquod, siue Prophetie, siue fortitudinis &c. aptissime potest de Spiritu Sancto explicari, qui per hoc quod mentibus infunditur, illas cumulat bonis omnibus. Quod perspicuum est in illo loco Isaia II. *Requiescet super eum spiritus Domini.* Quod non potest intelligi de lumine prophetico, cum absolute dicatur *Spiritus Domini*, & statim consequatur, *Spiritus consilij &c.* hoc est, spiritus idem, qui est auctor consilij, & fortitudinis, & pietatis &c. Et confirmatur testimonio Ioelis 2. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem; & prophetabunt Filij vestri, & filia vestra.* Effusio spiritus causa est prophetie, quia spiritus habitans in mentibus Prophetarum, eas collustrat. Ex quibus omnibus confirmatur, quod Spiritus Sanctus non solum animis iustorum illabitur, sed autor sit sanctimonie, & gratiarum omnium distributor.

S. Ambrosius loco proxime citato ex hoc loco Ioelis auget argumentum; dicitur enim apud Ioel. *Effundam de spiritu meo*, quasi non ita effundi queat, vt totus capiatur, & contineatur: hoc enim est proprium Deitatis, vt sit in omnibus, & extra omnia. *De Spiritu Sancto Pater se dicit effundere super omnem carnem, non enim totum effundit; sed quod effudit, omnibus abundauit.* Extat vero locus alius in hoc argumento obseruatione dignissimus; cum enim Moyses ad prouinciã suam socios septuaginta, qui populo, sententiam dicerent, vellet aduocare, eis quoque Deus sapientiam recte iudicandi pollicetur his verbis Numer. II. *Auferam de spiritu tuo, tradamque eis.* Quod nullo modo potest intelligi de sapientia, quæ erat in Moyse, quæ nec diminuta est, neque pars sapientie Moyse, conscissa, quæ per partes septuaginta alijs diuideretur: sed de Spiritu Sancto, qui in Moyse erat, effusum est in alijs septuaginta, dum singulis illabebatur vnus, & idem spiritus, sapientie lumine eos illustrans secundum illud Ioelis, *Effundam de spiritu meo &c.* Vnde S. Ambros. lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 7. *Etiã Moyse spiritus iudicaturis diuisus est, secundum effectum.*

Denique illud etiam pro argumenti

A confirmatione certum habemus, quod spiritus Domini sit substantia rationalis, quæ cum Ezechiele colloquebatur, & ipsum Ezechielem ingrediebatur, quod non potest intelligi de Angelo, vt statim subiiciemus, Ezechiel 2. *Ingressus est in me spiritus, postquam loquutus est mihi, & statuit me super pedes meos.* Aliqui interpretantur: *Ingressus est in me spiritus*, id est, Restitutus est mihi animus. Si tamen spiritum pro animo accipiant, verborum aliorum seriem nullam possunt reddere; hæc enim verba ita colligata sunt, vt spiritus dicatur ingressus, qui & loquutus, qui & statuit. Prophetam firmo gressu. Et cap. 3. clarius dicitur. *Et ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos, & loquutus est mihi.* Quis loquutus nisi Spiritus? puncto enim interiecto Spiritus, qui est in recto casu, idem est, qui ingressus est; qui firmavit Prophetam; qui cum alloquutus dicitur. Et confirmatur quoniam cap. 3. & 8. dicitur. *Assumpsit me spiritus. Eleuauit me spiritus.* Quod illi explicant de vento. Sed sanè nullo modo mihi persuadere potero, vt vêtus ageret Prophetas, & asportaret in alias regiones per medium aerem volitantes, cum commodius sit de spiritu diuino interpretari, qui in illis visionibus astabat Prophetæ ductor, & impulsor rotarum quocumque ibat spiritus: ergo ipse Spiritus, (aliàs esset æquiuocatio nominis in eodem loco) qui erat Spiritus vitæ in rotis, qui Prophetam euehebat, quod volebat; eum colloquebatur, & eius mentem ingrediebatur, & pedes firmabat. Angelus autem non ingreditur corpora, nisi per violentiam priuans animam mente, & sensu, quod iustis non accidit: maxime cum spiritus ingressus Ezechielem dicitur illum alloquutus. Est ergo spiritus Dei Deus ipse, qui mentium cultor est, & magister, & in mentibus habitat. Quintum argumentum eruitur ex immensitate Dei, qui orbem terrarum solus implet. Hierem. 23. *Cælum, & terram ego impleo.* Et Isaia. 66. *Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.* Sed spiritus Dei dicitur omnia implere planissimis verbis. Sapient. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: ergo spiritus Dei, Deus est.* Et in Psalm. 38. *Quo ibo à spiritu tuo.* In quæ locum S. Ambros. lib. 1. de Sp. S. ca. 7.

Confirm. arg.

Ezech. 2.

Aliquorū interpretatio de animo. Refellit ex serie contextus

Et ex cap. 3.

Item ex cap. 3. & 8.

Hæc loca aliqui interpretantur de vento. Reijciuntur.

* Interpretatio de Angelis reijcitur.

Angeli quo pacto, & quinam ingrediantur corpora.

Hic spiritus alloquutus est Ezechielem.

5. Argum. Deus immensus omnia implet.

Hierem. 23.

Isaia. 66.

Sp. Dei immensus omnia implet.

Probat 1. Sapient. 1.

Probat 2. Psalm. 38.

De quo S. Ambros.

S. Athanasius intelligit hunc locum de Spiritu Sancto, & Filio

S. Cyrillus. Patres communiter. Aliqui de numine presente intelligunt. Confirmatur Aggei 2. S. Hieron. Theoph. Probatur 3. Ezech. 37. Hic locus accuratius enarratur.

Ventus novificat, nec Angelus.

Spiritus sanctus immensus a quatuor ventis auocari potest, non alius. Est argumentum S. Ambrosij.

Spiritus quo vivimus non est uniuersorum

De quo hoc Angelo scriptura dicit? de qua Dominatione? de qua Potestate? cuius inuenimus Angeli virtutem per plurimos esse diffusam? Et idem argumentum efficit ex hoc loco S. Athan. de unita substantia Trinitatis ad finem; ubi ait versiculū, *Quod ibo a spiritu tuo, & quod a facie tua fugiam de Spiritu Sancto, & Filio, qui est Dei facies, & figura substantiæ, esse intelligendum; tunc sequi, Si ascendero in caelum, tu illic es &c.* Idemque est argumentum apud S. Cyrillum ex hoc loco 13. libr. Thesauri capit. 2. Estque ea communis Patrum interpretatio. Aliqui tamen per spiritum, numen presens intelligunt, quasi sit circumloquutio. Confirmatur ex illo Aggei 2. *Spiritus meus erit in medio vestrum.* Quod S. Hieronymus, & Theophilactus de Spiritu Sancto exponunt. * Est verò locus alius accuratius enarrandus Ezechiel 37. Cum enim Israel in calamitate rerum deplorata, omnem spiritum deposuisset, quasi extinctum se, & factum diceret; Deus adducit Prophetam ad ossa arida, quibus significatur idem populus, non solum mortuus, sed post mortem longos annos sepultus, ita ut sola ossa arida superessent; & dixit Dominus, *Ego intromittam in vos spiritum, & viuetis.* Haud dubium est, quin de spiritu vite loquatur, qui, scilicet, vivere faceret: tunc sequitur. *Vaticinare ad spiritum, vaticinare Fili hominis, & dicet ad spiritum, Hec dixit Dominus Deus. A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos.* Sanè Prophetæ non præcipitur, ut loquatur ad spiritum, id est, ad ventum, qui ventus non affert vitam mortuis; nec verò ad Angelos, quia eis non est data hæc vis, & natura, ut afflent, aut inspirent vitam; & item non dicitur, ad spiritum vaticinare, sed ad spiritum; nullus autem spiritus, hoc est, Angelus potest a quatuor ventis auocari nisi spiritus diuinus, qui omnia replet. Quod argumentum est S. Ambrosij 4. libr. de Spiritu Sancto cap. 20. *Vtique cum spiritum suum dixerit, nunquid alium præter Spiritum Sanctum nuncupauit? Neque enim flatilem spiritum diceret; nec hic spiritus a quatuor mundi posset venire cardinibus; quia hic ventorum flatus, quem videmus, partis non uniuersitatis est; Et hic spiritus, quo vivimus singulorum, non uniuersorum est.*

A Est sextum argumentum, quod spiritus Dei in veteri quoque testamento dicitur Deus, & Dominus; & eadem de spiritu Dei, & Deo dicuntur creberrimè 2. Regum 23. *Spiritus Domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meam, dixit Deus Israel mihi.* Sanè idem spiritus Dei, qui loquutus est per os Dauid, Deus est, qui cum Dauid loquebatur: quæ etiam verba in hunc sensum refert Sanctus Isidorus de Natiuitate Domini cap. 4. Et Iudicum 13. de Sampson. *Creuit puer, & benedixit ei Dominus, caputque spiritus Domini esse cum eo &c.* Et cap. 16. *Nesciens quod recessisset ab eo Dominus.* Igitur spiritus, qui cum puero erat, ipse est Dominus, qui ab eo recessit. Argumentum est S. Cyrilli libr. 3. Dialogorum de Trinitate, & S. Ambrosij lib. 2. de Spiritu Sancto in Prologo, & cap. 5. *Vides ergo quia ille, qui comitabatur, ipse discessit; idem est ergo Dominus, qui spiritus Domini, hoc est, ipsum spiritum Dei Dominum nuncupauit.* Idem liquet non obscure Sapient. 1. Si verborum intelligentia expendatur, cum enim dixisset, *Spiritus, scilicet, intelligentia, effugiet fictum, & aurtet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu; & non liberabit maledicum a labijs suis; quoniam renū illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & lingua eius auditor.* Quoniam, inquit, *spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis.* Hoc, inquam, Ruth, ut Hebræi appellant; seu hoc Pneuma, ut græcè appellatur; hic, scilicet, Spiritus? continens ergo, & connexus est sensus, quod spiritus sapientiæ, vel intelligentiæ, vel spiritus Domini (qui idem est, ut verba ipsa declarant hoc loco) hic, inquam, spiritus non liberat, sed arguit maledicum; quia Deus intuetur cor, & verba detrahentium audit; est enim Deus testis renū, & auditor linguæ: quia spiritus ubique adest, qui scilicet, orbem terrarum replet; & hic, qui omnia continet, & replet, scientiam habet vocis, hoc est, verba hominum detrahentium percipit, & audit. Est ergo idem spiritus Deus testis cordium, & linguæ auditor, qui orbem replet, & scientiam habet vocis: aliàs nulla esset consequentia verborum. Adhuc confirmatur ex verbis

14. 6. Argum. Eadem de Deo & de Spiritu Dei dicuntur, Probatur 1. 2. Reg. 23. S. Isidorus. Probatur 2. Iudis 13. Et cap. 16. Est hoc arg. S. Cyril. & S. Ambrosij. Probatur 3. Sapient. 1. Locus optimus. Explanata intelligentia, & consequentia verborum. Confirmatur Isaig

Isaia 48.

Isaia 48. ubi Messias ait. Dominus Deus misit me & spiritus eius. Quem locum statim explicatius enarrabimus. Cum ergo Domini iussio spiritui Domini sit communis, idem Dominus, & Deus idem est Pater, qui dicitur Filium mittere, & Spiritus Patris, scilicet, Spiritus Sanctus, qui simul filium mittit. Denique probatur vehementi argumento a S. Cyrillo lib. Deuteron. 9. quod Spiritus Sanctus sit Deus; nam Deuteron. 9. dicitur. Dominus solus duxit eos, scilicet, populum Israeliticum, cuius non Angelus, non homo dux, sed Deus ipse predicatur. At verò dicitur

I Probat 4. vehementi argumento. S. Cyrillus. Deuteron. 9.

Isa. 63. n. 14.

Isaia 63. n. 14. Spiritus Domini ductor eius fuit; sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriae. Iterum atque iterum eodem vtar argumento. Deus solus deduxit; deduxit autem spiritus, scilicet, Spiritus Sanctus: est ergo idem spiritus, qui Deus. At in Deuteronomio dicitur. Dominus solus duxit eos, & non erat cum eo Deus alienus. ergo Spiritus Sanctus, qui secundum Isaiam populum duxit, Dominus erat, & non erat Deus alienus, aut commentitius Deus, ut impij Hæretici aiunt. Ex eodem loco arguit Sanctus Cyrillus ubi dicitur num.

Probat 5. S. Cyrillus. Isa. 63. n. 10.

10. Affixerunt, seu acerbauerunt Spiritum Sanctum eius, ut legit S. Cyril. Et in Tigrina versione, quæ Hebraeis non displicet, legitur, Spiritum eius Sanctum, scilicet, Moyse. Et licet in vulgari correctâ legatur, Spiritum Sancti eius; non pro spiritu, id est, animo Moyse; sed pro Spiritu diuino Moysen aspirante accipitur, de eodem enim repetitur. Vbi est, qui posuit in medio eius Spiritum Sanctum sui? quod de animo Moyse non potest rectè intelligi: quod si de Spiritu diuino intelligatur, validum est argumentum S. Cyrilli; loquebatur enim Propheta de populi iniquitate, qua exasperarunt Dominum sæpius in deserto, ductore Moyse; & ait eos Spiritum exasperasse, seu afflixisse. Est ergo spiritus ipse Deus, de quo toties repetitur Psalm. 77. Exacerbauerunt eum, & in alijs locis.

Vis huius argumenti inculcatur

Psalm. 77.

7. Argument.

Septimum argumentum est, quoniã in nullo loco spiritus diuinus connumeratur inter creaturas in veteri testamento; nisi pro vento, ut illud, Benedicite omnis spiritus Dei Domino: aut pro mentibus hominum, Spiritus, & anima iustorum. Argumentum est S. Iustini de recta fidei confessione, S. Basilij lib. de Spiritu Sa-

S. Iustin. S. Basilij

A Et cap. 1 S. S. Epiphaniij in Anchorato, & S. Ioannis Chryso. homil. in illud, Tunc & ipse filius subicietur.

S. Epiphani. S. Chryso.

Expendantur omnia hæc testimonia in quibus potestas, scientia, sanctimonia, habitatio mentis, immensitas, ac Deitas Spiritus Sancti significatur; & nihil simile de angelo, aut homine reperies in veteri testamento pronunciatum; imò omnia hæc, quæ de Spiritu Sancto leguntur, esse planè diuina, & in Deitate singularia: quare euidenter profectò comonstrant Sp. Sancti Deitatem.

16. Præcedentia argumenta simul collecta euidenter comonstrant Sp. Sanctum, esse Deum non verò creaturam.

Ultimum argumentum ex tropo, & significatione quadam deducamus: videtur enim diuinus spiritus mysticè referri in hominis aspiratione, cum dicitur Genes. 2. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Quem locum Philastrius ad eò contendit esse de Spiritu Sancto interpretandum, ut negari absq; hæresi nõ possit, ut supra diximus. Negandum tamen non est in ea aspiratione in sensu mystico significari Spiritum Sanctum, qui datus est Apostolis, cum Christus afflauit, & dixit, Accipite Spiritum Sanctum, quia idem Spiritus auctor est & vitæ & gratiæ. Et videtur huic loco alludere alius Job. 33. Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me. Significatur etiam diuinus Spiritus per digitum Dei, sicut Filius per manum, quia sicut Pater operatur per Filium, ita & Filius per Spiritum Sanctum. Vnde cum Magi tertium signum Moysis in Ægypto edere non valentes dixerunt, Exod. 8. Digitus Dei est hic. Spiritum Sanctum, quem non nouerant, indicabant, ut Patres aiunt. Sed clariùs in eo, quod tabulæ legis scriptæ erant digito Dei, Spiritus Sanctus designabatur, qui fuit Autor legis. Quæ accepimus etiam a S. Ambrosio in tractatu de Spiritu Sancto post libros tres. Idem de Spiritu Sancto lib. 1. cap. 16. affirmat Spiritum Sanctum significari in verbis Isaia 10. Et erit lux Israel in igne signis enim Spiritum Sanctum apud nos designat, sicut & aquæ flumina. Mittimus verò alia, quæ Spiritum Sanctum designabant secundum allegoriam, ut nubes in qua baptizatos esse filios Israel, S. Paulus differit: Piscina item, & Natatoria Siloe, de quibus nobis differendum est in lib. ultimo circa Spiritus Sancti missionem.

17. Vltimū arg. ex tropo.

Genes. 2.

Philastrius

Mysticè significatur Sp. Sanctus. 1. per aspirationem hic Idem spiritus auctor & vitæ, & gratiæ. Job. 33.

2. significatur Filius per manum, Sp. Sanctus per digitum,

Exod. 8.

S. Ambrosio

3. Sp. Sanctus per ignem, & Isaia 10. 2

Plura alia designant Sp. Sanctum secundum allegoriam.

TER-

TERTIA PARS.

Idem vetus Testamentum affirmat Spiritum Sanctum esse personam distinctam ab alijs.

1. Sp. Sanctum esse personam diuinam.

Probatur 1.

Probatur 2.

2. Sp. Sancti personam esse distinctam a persona Patris, & Filij

probatur 1.

Probatur 2. esse distinctam alicuius earum.

Sp. Sanctus Deus a Deo effusus & datus dicitur. Est Deus de Deo. Probatur 3. idem. Dicitur Spiritus Dei.

N Vllum esse dubium potest, quin Spiritus Dei dicatur Deus in tot veteris voluminis sententijs. Ex quibus coniunctum sequitur, quod Spiritus Dei sit quaedam persona diuina; persona enim in hoc a natura distinguitur, quod persona est habens naturam. Cum ergo satis probatum sit, quod Spiritus Sanctus sit praeeditus potentia, & scientia, & sanctimonia, & inhabitet omnium mentes, repleatque omnia, absque dubio est persona. Maximè verò innotescit persona per operationem: quis ergo neget Spiritum Sanctum esse personam, qui fecit hominem, creauit caelos, loquutus est cum prophetis, & per illos; misit Messiam, & dedit ei mandata? quae omnia abundè satis sunt probata.

Superest ergo, vt ostendamus ex veteri testamento Spiritum Sanctum esse personam distinctam a Patre, & Filio, quod non minoribus argumentis potest confirmari. Iacto enim fundamento, quod in Deitate sunt plures personae diuinae, quod capite praecedente ostendimus, argumentum fit luculentissimum in hunc modum; Personae per nomina innotescunt; in diuinis autem nomina sunt distincta Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: ergo Spiritus Sanctus a Patre, Filioque distincta persona est. Et quidem quod Spiritus Sanctus sit persona diuina distincta ab aliqua saltem diuina persona, satis liquet cum dicatur datus, & effusus a Deo, Isaia 42. & 44. Ezechiel 28. 37. 39. & Ioelis 1. Zachariae 12. & alijs in locis. Quod si Spiritus Sanctus est Deus, & est a Deo datus, & effusus in nos; est certè Deus de Deo, persona, scilicet, distincta ab alia diuina persona. Idem ostenditur, eò quod in veteri etiam pagina dicitur sapientissimè Spiritus Dei: vna autem persona non potest dici alterius, nisi quia ab eaprocedit, aut quia alterius minister est. Quo argumento lib. 2. commostrabimus Spiritum Sanctum procedere a Filio, quia dicitur in nouo testamento Spiritus Filij. Ergo in veteri quoque testamento, quo legimus Spiritum Dei, cum spiritus idem non

A sit minister, sed sit Deus verus, necesse est, intelligamus Spiritum Dei de Deo procedentem, Deum de Deo, personamque diuinam ab alia persona diuina distinctam.

Sed probatur adhuc Spiritum Sanctum esse personam diuinam distinctam a Patre, & Filio, tum quoniam nomine ipso indicante personam, distinctio satis nota est: tum etiam, quia Filius dicitur genitus; at verò spiritus nusquam legitur genitus, sed datus, efflatus, effusus; quia missus est ad nos speciali quadam missione, vt donum Dei, qua significatur distincta processio a generatione Filij, vt disputant Theologi: distincta autem processione necesse est procedat persona distincta, quae non potest dici Filius, cum non gignatur, sed Spiritus Sanctus dicitur. Itaque etiam in veteri instrumento sunt duo procedentes Filius, & Spiritus Sanctus: & praeter hos est Pater, a quo duo procedunt.

Est verò insignis locus Isaia cap. 48. quem Paulus Burgens. d. 9. 1. p. Scrutinij cap. 13. fusissimè enarrat, nec minus doctè, quo probatur Spiritum Sanctum distingui a Patre, & Filio. *Accedite ad me, & audite haec; non a principio in abscondito loquutus sum; ex tempore antequam fieret, ibi eram; & nunc Dominus meus misit me, & spiritus eius.* Messias est, qui loquitur, qui legem dederat in monte, & ideo ait, *non in abscondito loquutus sum*: alius est ergo Pater, qui Filium mittebat, cum dicitur, *Dominus misit me*; alius Filius missus; alius Spiritus Sanctus, de quo dicitur, *& spiritus eius*, scilicet misit me. Neque potest quis dicere spiritum esse ipsum Filium, & Messiam, cum avertè dicatur Messiam missum ab spiritu. Et ibidem asserit Burgensis doctos Iudaeorum

D in libro, qui dicitur Mequilea, Exod. 19. verba illa, *non in abscondito loquutus sum*, intelligere de promulgatione legis, & eam esse communem sententiam Hebraeorum interpretum. Est ergo Deus qui legem tulit, qui eo loco dicitur loquutus palam, qui item a Deo se missum ait, & ab spiritu Dei, scilicet, a Patre, & spiritu Sancto. Quod verò in Dialogo Saulus obiecit, quosdam hunc missum intellexisse Isaiaem, Paulus Burgensis refellit, quia illi Auctores impio fundamento nitentur, quod animae Pro-

3. Probatur 4. esse distinctam a Patre, & Filio

Filius dicitur genitus: Sp. Sanctus datus efflatus, effusus &c.

Etiam in veteri testamento significantur duo procedentes, & etiam Pater.

4. Probatur 5. idem insigni loco. Isaia 48. Burgens.

Mequilea liber

Sauli obiectio, Isaia esse hunc missum. Refellitur a Burgensi.

Notabilis
Sententia He-
retica, etiam
apud Iudæos.

phetarum fuissent in monte Sinai ante eorum ortum, & ideò Isaiam hæc loquutum de se. *Non in abscondito loquutus sum*: scilicet, ego Isaias, qui eram in monte Sinai, cum lex promulgabatur. Quæ hæresis apud Iudæos impia quoque est, & non ferenda. Cum ergo Iudæi confiteantur Deitatis unitatem, dum eos conuincimus plures esse personas diuinas, nominaque earum ex veteri testamento producimus; & quod Filius sit ab Spiritu Sancto missus, Spiritus à Patre effusus, & efflatus, perspicuum esse videtur, quod tres sint in Deitate personæ, Deus autem vnus, vt fides Christiana conclamat.

CAPVT. XVIII.

Iudæi conuincuntur circa veritatem Spiritus Sancti, quod sit Deus, Diuinaq; Persona.

Consensus no-
ui testamenti
cum veteri.

HActenus probauimus Spiritus Sancti Deitatem, cumque esse diuinam personam ab alijs distinctam testimonijs veteris testamenti; quibus testimonijs accedente Patrum interpretatione diligentè iam commemorata, tenemur Christiani fidem maximam adhibere. Sed tamen perutile est illud etiam differere, an remota auctoritate Patrum, & Conciliorum, quæ nulla est apud Iudæos, & misso etiã nouo testamento, quod adeò consentit cum veteri, vt ex vtriusque collatione, qui nouum recipit, non possit negare similia dici quoque in illo veteri: An, inquam, ex testimonijs veteris testamenti nudis, quæ sola Iudæi recipiunt, possint conuinci, quod Spiritus Sanctus sit Deus, & persona diuina ab alijs distincta. Est enim celebris controuersia de ea re apud Doctores.

Celebris con-
trouersia pro-
ponitur.

Deitas, & etiã
distinctio Sp.
Sancti obscure
significatur in
veteri testamē-
to.

Probatur 1. ex
Burgens.

Secundò ex
Thalmuth.
Rab. Moys.
Tertiò.
Burgens.

Neque verò videtur posse negari, quod hæc veritas obscuris admodum verbis significetur in veteri testamento, vt pleraque alia mysteria. Nam, vt ait Paulus Burgens. in suo Scrutinio 1. p. d. 9. cap. 4. fundamenta fidei vnus, aut alter ex Doctoribus Hebræorum docebatur, vt dicitur in Talmuth. cap. Eudorsim; & docetur hoc idem à Rabbi Moysè in suo Deuteron. lib. 1. titulo de fundamentis legis capit. 4. Vnde Burgens. librum suum vocauit Scrutinium Scripturarum, & Dominus Christus nos

A admonet scripturas scrutari; latet enim mysteria in testamēto veteri, quasi thesauri absconditi, vt ait Burgens. cap. 8. S. verò Gregor. Nazianzen. oratione 5. Theologa. *Vetus, inquit, testamentum Patrem aperte predicabat, Filium obscurius: Nouum autē Filium manifesta-uit, spiritusque diuinitatem subobscurè indicauit*; quibus verbis Spiritus Sancti Deitatem, nec in nouo testamento satis dilucidè explicatam esse ait. Et in Actis Apostolorum legitur Iudæos respondisse Apostolis Spiritum Sanctum, & baptisma predicantibus, neque si Spiritus Sanctus sit, se audiuisse: erat enim ea res vulgò occulta. In veteri verò te-

B stamento mysteria diuina multò erant obscuriora; de quo elegantè S. Cyrillus Dialogo de Trinitate lib. 3. de Moysè precante Dominum. *Ostende mihi te ipsum. Precipiebatur, inquit, etiam fodere in petra, & per angustissimum foramen, si vellet videre per agnima; nobis significante etiam in hoc Deo, quòd lex de Deo scientiam his, qui docebantur, adeò paruam irradiabat, & quasi per angustissimum foramen lumen vix immittebat.* Et eodem modo videtur loqui Theodoretus lib. 2. ad Græcos, vbi ait Deum in veteri testamento noluisse proponere mysteriū Trinitatis expres-

C sè, voluisse tamen illud adumbrare, vt cum prædicaretur in nouo testamento, nò videretur omninò nouū. Et S. Augustinus serm. 45. de verbis Domini, velu tēpli scissum esse ait in passione Domini, hoc est, mysteria explicata, quæ in veteri testamento erant obvoluta, & velata. Quam ob causam, rectè notat Gilbertus Genebrardus in Psalm. 88. circa illa verba. *Quis in nubibus aquabitur Domino?* Hebræicè legi numero plurali, scilicet, *Dij fortibus*; & septuaginta vertisse numero singulari, ne gentes putarent nos credere plures esse Deos. Occultata itaque erant diuina personæ etiam Iudæis rudibus, ne plures Dij crederentur.

D Alfonso Tostatus Episcopus Abulens. in repetitione quadam de Trinitate constantè affirmat, Iudæos de mysterio Trinitatis non conuinci ex veteri testamento; & idem asserit in Leuit. ad finem conclusionis secundæ. Et cum ob hanc sententiam malè audiat apud aliquos Auctores, non desuit

Idē Burgēs.
Probatur 4. ex
Nazianz.

dicente etiam
in nouo testa-
mento Sp. Sā-
cti personam
sub obscure in-
dicari.

Probatur 5.
ex actis Apo-
stolorum.

Hæc res erat
vulgò occulta

Probatur 6. ex
S. Cyrill.

Rationes huius
obscuritatis.

Prima.
Theodor.

S. August.

Secunda
Genebrard.

Occulta erant
diuina perso-
næ rudibus et-
iā Iudæis

3.

Abulens.
malè audit.

desūt ex nouis, qui hominis partes tue-
antur vehementissimè.

4. Cum ergo quærirur, an Iudæi cōvin-
cantur? nomen hoc difficultatem parit;
possunt enim conuinci hæresis, & infi-
delitatis. Possunt quoque conuinci cō-
tumaciæ, temeritatis, & falsitatis. Noui
autem Doctores credunt eum dici con-
uictū, cui veritas euidentè commōstra-
tur; quo quidē pacto arbitrator nullā scrip-
turā posse adeò esse planæ significatio-
nis in rebus adeò difficilibus, vt res sig-
nificata euidentè appareat. Nam &
Hæretici scripturas planissimas in sen-
sus varios torquent, & distrahunt; & cæ-
ci quidem sunt, sed quia cæci, veram
scripturæ intelligentiam non cernunt.
Quis autem Catholicè asserat Hæreti-
cos non conuinci, in quibus ipsa cæci-
tas nihil est, nisi infidelitas, & hæretica
impietas.

Arbitror igitur Iudæos, qui negant
Messiam esse Deum, & Filium Dei, cō-
uinci hæresis, & infideles reddi negādo;
vt tomo 4. fusissimè dicendum seruo:
forsan tamen non conuincuntur hære-
sis, dum Spiritum Sanctum negant, quia
testimonia non sunt adeò plana, vt ne-
queant sine perfidia negari.

6. Deinde verò existimo Iudæos, qui
negant ea, quæ de Spiritu Sancto su-
pra sunt proposita, conuinci contu-
maciæ, & temeritatis, & falsitatis, &
ineptiæ.

7. Pro huius verò pronuntiati intelli-
gentia oportet aduertere, quòd ea, quæ
dicuntur obscure, non facillè intelligun-
tur sine interprete, vt dixit Philippus
Eunucho Principi Candacis Regine, Ac-
tor 8. *Putasne intelligis quæ legis? Qui
ait, & quomodò possum si non aliquis of-
tēderit mihi?* Ea tamen, quæ obscure di-
cuntur, per explicationem interpretis ita
possunt reddi dilucida, vt perspicuè cer-
namus nullum alium esse verborum sen-
sum, sed eum esse planissimum. Et ita
dicendum videtur, quòd testimonia,
quæ adduximus ex veteri testamento,
obscura aliquatenus sunt; sed ita vt nul-
lum sensum congruum reddant, nisi
eum, quo Spiritus Sancti Deitas pla-
nè significatur. Vnde nos, qui fidem ex-
plicatam accepimus, dum interpreta-
mur vetus testamentum, Iudæos absque
dubio conuincimus.

8. Probatur nostra sententia ex gestis

A Christi Domini Matth. 22. qui cum
Iudæos rogasset cuius Filius putare-
tur Christus, seu Messias? & respon-
dissent, David. *Quomodò ergo, inquit,
David in spiritu vocat eum Dominum
dicens, Dixit Dominus Domino meo?*
Omnes profectò conuicti sunt inter-
pretatione verborum tam facili, quæ
ad oculos erat, cum antea locus esset
obscurus, & omninò ignotus. Miror
verò, quòd quidam respondeant Iu-
dæos nō esse cōuictos verbis, sed aucto-
ritate Dñi; cū luce clarius sit eos aucto-
ritati Christi nihil detulisse, sed sola ra-
tione conuictos abscessisse. Neque for-
san adeò manifestè conuicti sunt, vt ne-
gando fidem interpretationi, infideles,
& Hæretici redderentur: Sed contu-
maciæ saltem, & pervicacitatis meri-
tò fuerunt, vel ex illo loco, arguendi.
Cum ergo plura testimonia adduxeri-
mus, quorum interpretandi rationes
non minùs dilucidæ sunt, negandum
non est Iudæos quoque contumaciæ,
& temeritatis conuinci, quòd ijs pro-
positis veritatem diffiteantur. Confir-
matur quia ea testimonia nullum alium
habēt germanum sensum, & plurima ex
eis à Rabbiniis explicantur, vt expli-
cata à nobis sunt; sed ea conuincunt
Spiritus Sanctum Deum esse, & perso-
nam diuinam; ergo non potest meri-
tò negari Iudæos ijs conuinci, maxi-
mè cum sint tot, tantaque testimonia;
& ea omnia, quæ de Spiritu Dei dicun-
tur singularia, & excellentia sint, quæ de
nulla re creata asserūtur, neque possunt
verò asseri.

Confirmatur deinde autoritate Pa-
trum, quos recitauimus capite præce-
denti, qui ijs testimonijs vtuntur ad cō-
uincendos etiam Hæreticos, quòd si in-
firma crederēt, vacuam operam, & inu-
tilem nauarent. Imo Patres aperta vo-
ce clamant Iudæos ex ijs conuinci, dum
eos arguunt contumaciæ, & impietatis.
S. Basilius homil. 9. in Genes. cum pro-
baret plures esse diuinas personas ex il-
lo loco. *Faciamus hominem &c. Audi,
inquit, tu quæso, qui bellū indixisti per-
petuum Christo.* Vbi comparat Iudæos
ferè inclusæ non inuenienti, quo erumpat.
*Sic, inquit, & inimica gens verita-
tis Iudæi in angustum intrusi, multa sūt,
inquiunt, persona, & non vna, ad quas
oratio Dei dirigitur, Angelis enim astā-*

G 2 sibus

Matth. 22.
Iudæi à Chris-
to conuincū-
tur ex Ps. 109.

Quorundam
responsio re-
fellit.

2. & 3. pars
declaratur.

3. pars
cōfirmatur.

9.
Cōfirmatur 2.
auctoritate Pa-
trum.

S. Basilius

Verba notabi-
lia in Iudæos
pro loco Ge-
nes. 2. Trinita-
tē probante.

Noui quidam
Doctores cre-
dunt eum dici
cōuictum cui
veritas euide-
ter cōmostra-
tur.

Cæci in fide,
licet illis veri-
tas nō appareat
euidentè, pos-
sunt conuinci

5.
Conclusio
Prima pars

Secunda,

Tertia.

7.
Aduertendū.

Act. 8.

Obscura per
explicationē
interpretis fi-
unt planā, Ca-
tholicisq; pers-
picua.

8.
Probatur 1.
pars

*zibus, Faciamus hominem, dicit. Iudaei
 profecto hoc est figmentum, & ex illorum
 odio in Christum delira illius, & fictilis
 fabula excogitatio deriuata est. Vide
 quam acriter S. Basilius in Iudaeos in-
 uehitur, eò quòd in illo loco, Faciamus
 hominem ad imaginem, &c. plures diui-
 nas personas recusaret credere. S. Greg.
 Nazianz. de Theologia oratione 5.
 Spiritum Sanctum, inquit, Sadducæi
 penitus non esse censuerunt, sicut nec
 Angelos, nec resurrectionem. Quibus
 haud scio quid acciderit, ut tot, ac tanta
 de eo instrumento veteri testimonia pro-
 nihilo haberent. Et subiicit Philosophos
 Ethnicos magis accessisse ad Spiritus
 Sancti notionem, profecto literis He-
 breorum admonitos, in quibus plura, &
 magna testimonia esse de Spiritu San-
 cto, Nazianzen. testatur; miraturque
 Sadducæos, quod ijs non crediderint.
 Sed neque Angelos, neque resurrectio-
 nem esse credebant, hæretico profecto
 spiritu, & impia incredulitate. Quare
 ergo huius criminis, quod Spiritum
 Sanctum esse non credant, à nobis ex-
 cusabuntur, qui à Patribus palam dam-
 nantur? Sanctus verò Hilarius de Tri-
 nitate lib. 4. cum quædam de persona-
 rum distinctione ex veteri testamento
 disputaret perobscura, credidit tamen
 Iudæos ita conuinci, ut hæc verba adij-
 ceret. *Quæ perfidia cecitas est, quæ in-
 creduli cordis obtusio est, quæ irregiosita-
 tis temeritas est, aut ignorare hæc, aut
 non ignorata negligere? Certè ita com-
 memorata, & dicta sunt, ne intelligen-
 tiam veritatis error aliquis, aut obscu-
 ritas impediret. Quæ si non posse ignora-
 ri docemus, impietatis esse crimen neces-
 se est, quòd negantur. Ego verè ab ijs
 verbis S. Hilarij nihil discedo, nec meli-
 velim meâ esse explicatâ sententiâ. Nisi
 enim Iudæi ea quæ proposuimus, igno-
 rant, adhibita verborum interpreta-
 tione, impietatis eos conuinci necesse
 est. Accedit auctoritas S. Epiphanijs in
 Anchorato docentis duas personas di-
 uinas, putâ Patrem, & Filium notas esse
 in veteri testamento; tertiâ non ita ma-
 nifestè fuisse significatam. *Personarû,
 inquit, dualitas uehemèter à Prophetis
 prædicata, Trinitas verò personarum in
 Euangelijs manifesta facta est. Quod id-
 circo dixit, quia mentio Spiritus Sancti
 in antiqua pagina sit obscurior: perso-***

A nas autem duas, non solû notas ait, sed
 prædicatas fuisse. S. Fulgentius de fide
 ad Petrum Prophetas accepisse fidem
 Trinitatis testatur, quod indubiè cre-
 dendum est, cum eorum testimonia ad
 literam de tribus personis proferantur;
 nec verò quæ dictabant, poterant Pro-
 phetæ ignorare. Quid ergo mirum quòd
 exigamus à Iudæis fidem eorû, quæ Pro-
 phetæ prædixerunt, dum ea, quæ obscu-
 ra sunt, non obscurè explicamus? Idem
 confirmat ex veteri testamento Alex.
 Primus. Epistola 10. Decretali, & Bene-
 dictus primus Epistola vnica Decretali,
 & Nicolaus Lyranus in opusculo de Tri-
 nitate, quem Alphonsus Tostatus Epif-
 copus Abulensis refutat.

B Ergo iuxta Patrû sententiam obscura
 esse, quæ in veteri testamêto de Trinitate
 dicuntur, censemus cû S. Greg. Nazianz.
 S. Cyrillo, & alijs. Ea verò à nostris illu-
 strata, & quasi luce infusa detecta, Iudæ-
 os maximè conuincere iudicamus. Nec
 est officium viri Theologi Iudæis hac in
 re indulgere; vel potius iniquum esse in
 Iudæos, ut ea argumenta, quæ sola apud
 eos valent, inefficacia esse contendat.
 Quod si dicunt non conuinci eos, ita ut
 necesse sit eos euidentè assentiri nostræ
 interpretationi, quod neq; in Hæreticis
 accidit, minime repugnamus, ut supra
 statutû est.

CAP. V. XIX.

Quòd Spiritus Sæctus sit persona distin-
 cta à Patre, & Filio ex nouo
 testamento probatur.

N E longa disputatio, & redūdans vi-
 deatur, eodem capite ostendemus
 ex nouo testamento plures esse diuinas
 personas: & sigillatim de Spiritu Sæcto,
 quod à Patre, & Filio distinguatur.

D Veritas autem sanctissimæ Trinita-
 tis perspicua est in nouo testamento, in
 quò clariùs plures diuinæ personæ signi-
 ficantur, Ioan. 8. ait Christus Dominus
*Et si iudico ego, iudicium meum verum
 est, quia solus non sum, sed ego, & qui mi-
 sit me, Pater; & in lege vestra scriptum
 est, quia duorum hominum testimoniû
 verum est.* Quibus apertè significat,
 se & Patrem duos esse, sicut duo tes-
 tes duo homines sunt: non tamen Fi-
 lius, & Pater sunt duo Dij sicut duo ho-
 mines, sed duæ personæ, & vnus Deus.
 Quòd autem Deus vnus sit infra pro-
 bandum

S. Fulgent.
 docet pro 2. &
 3. parte proph-
 tas accepisse fi-
 dem Trinita-
 tis, quâ & di-
 ctarunt.

Alex. 1.
 Bened. 1.

Lyranus.
 Abulensi.

10.
 Nazianz.
 S. Cyrill.

Non conuin-
 cuntur Iudæi
 imò, nec hære-
 tici ita ut neces-
 se sit eos euidè-
 ter assentiri no-
 stræ interpre-
 tationi.

2.
 Veritas factif-
 simæ Trinita-
 tis perspicua
 est in nouo te-
 stamento.

Probatur 1.
 Ioan. 8.

Deduabus per-
 sonis Patris, &
 Filij.

Nazianz.

Sadducæos vt
 contemptores
 veteris testa-
 menti dānat.
 Ethnicos ma-
 gis accessisse
 ad Sp. Sancti
 notionem do-
 cet.

S. Hilar.
 Exprimet 3.
 partem.

S. Epiphan.
 docet 2. partē.

bandum est. Cū ergo Christus Filius Dei naturalis Deus sit, sicut & Pater; & non sint duo Dij; consequens est, vt dicantur duo, quia sunt personæ dæ. Et 1. Ioannis 5. in eundem sensum dicitur.

Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, tres, scilicet, personæ. Item Ioannis 10. ait Christus Dominus, Ego, & Pater unum sumus, vnus de se ipso non potest verè dicere, vnum sumus, sed vnus sum.

Vnde S. Augustinus tract. 36. in Ioannem. *Geminam, ait, pestem elidit veritas dicens, Ego, & Pater unum sumus; quod enim dixit, vnū, liberat te ab Ario; quod dixit, sumus, liberat te à Sabellio: qui, scilicet, Sabellius negabat plures personas esse Patrem, & Filium. Et iterum Ioannis 10. Ego in Patre, & Pater in me est. Nemo autem est in se ipso.*

Item Filius rogabat Patrem, & confitebatur Patrem maiorem se esse; nemo autem se ipsum rogat, & se ipso maior est. Et huiusmodi possunt afferri innumera argumenta valdè perspicua. Mitto illud, quòd Filium à Patre necesse est generatione distingui, vt probat Tertullianus contra Praxeam. Ad quod etiam pertinet, quòd Filius est imago Patris teste S. Paulo, Colossens. 1. *Imago inuisibilis Dei.* Et iterum Hebræor. prim. *Figura substantiæ eius, nullus autem est imago sui, sed alterius.*

Similia autem de Spiritu Sancto legimus in nouo testamento. Et quidem quod Spiritus Sanctus sit persona aperitissimè probatur, ex eo quòd operatur, loquitur, docet, arguit, imperat, iuxta illud Matth. 10. *Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Et item Ioannis 14. *Ille vos docebit omnia.* Et item Ioannis 16. *Arguet mundum de peccato.* Et iterum Actor 13. dixit Spiritus Sanctus. *Segregate mihi Barnabam, & Paulum.* Et iterum Actor 20. *In quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Est ergo Spiritus Sanctus persona diuina, quæ Ecclesiæ Dei præest, & illam moderatur; & impudentissimum est hoc negare eos, qui his verbis planissimis fidem adhibent. Quare rectè Sanctus Epiphanius libr. contra Nactianos hæresi 57. Filium, & Spiritum Sanctum vocat Erypostaton, id est, in se ipsis subsistentes.

Quod autem sit persona distincta à Patre, & Filio, probatur primùm ex il-

A lo verbo Christi Ioannis 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis.* Alius enim dicitur absque dubio persona alia. Quo argumento vtitur Sanctus Athanasius contra Gregales Sabellij, & Sanctus Basili. oratione contra Arium, & Sabellium. Probatur item, quia Spiritus Sanctus dicitur, *Spiritus Dei, & Spiritus Patris*, in quo significatur eius processio à Patre, & clarius, *Spiritus veritatis, qui à Patre procedit.* Quod autem distinguatur etiam à Filio probatur ex eo quod dicitur de Christo ad Ioseph, Matth. 1. *Quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.* Quia Christus dicitur natus de Spiritu Sancto, quasi de persona distincta. Quod significauit per Isaiam ipse Christus de se, Isaiæ 48. *Dominus meus misit me, & spiritus eius.* Et probatur clarius ex verbis Ioannis Baptistæ Ioan. 1. *Quia vidi Spiritum descendentem, quasi columbam de cælo, & mansit super eum.* Non enim ipse Filius rectè diceretur descendisse super se nomine commutato, vt Spiritus descendens sit ipse Filius, super quem Spiritus descendit. Sed adhuc illustrius ostenditur ex verbis Christi Ioan. 15. *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum, qui à Patre procedit &c.* Nō enim dicitur mitti, nisi persona alia à mittente; pelliturque dubium omninò dum Christus ipse ait de Spiritu Sancto Ioan. 16. *Ille me clarificabit quia de meo accipiet, & annunciat vobis.* Dum ait, *Ille*, personam aliã indicat: & ille qui accipit persona alia est ab eo distincta, à quo accipit; nemo enim accipit à se ipso. Nec hoc tacuit Christus Dominus, sed dixit ibidem. *Nan enim loquetur à semetipso, sed quæcūque audiet, loquetur.* Non ergo Spiritus Sanctus est ipse Filius à quo accipit, quod loquatur, quia nec à se ipso accipit, nec à se ipso loquitur. Nec verò arbitror opus esse lōgiori disputatione in re perspicua. Et hoc idē docet S. Epiphanius loco iam cōmemorato in locū Ioan. 17. *Non dixit, inquit, Dñs, Ego vado, & Ego veniam; at Ego, & Ille &c.*

B Expressum autem est testimonium de tribus simul personis 1. Ioan. 6. *Tres sūt qui testimonium dant in cælo Pater & Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnus sunt,* & subiicitur, *Si testimonium*

C na distincta à Patre, & Filio Probatur 1. Ioan. 14. Est argum. S. Athan. & S. Basil. Probatur 2. de Patre. 3. deinde de Filio. 1. testimoniū Matth. 1. Secundum. Isaiæ 48. 3. clarius. Ioan. 1. 4. adhuc illustrius. Ioan. 15. 5. clarissimū. Ioan. 16. Confirmatur Ibidem.

D S. Epiphanius

Asserta distinctio probatur expressè 1. Ioan. 6. **G 3**

Probatur 2. de tribus personis.

1. Ioan. 5. 3. De eisdem duabus supra Ioan. 10. Contra Ariū, & Sabellium. S. August.

4. De eisdem duabus.

Ioan. 10. 5. De eisdem, aliis locis perspicuis.

6. De eisdem ex Tertul.

7. De eisdem.

Coloss. 1. Hebr. 1.

3. Sp. Sactū esse personam diuinā, quæ præest Ecclesiæ. Probatur ex operationibus Matth. 10. Ioan. 14. Ioan. 16.

Actor. 13. Actor. 20.

S. Epiphanius

Quòd Sp. Sctus sit perso-

nium hominum accipimus, testimonium Dei maius est. Vbi planè scriptum est tres in cælo esse Deum verum, cuius testimonium verum est. Quæ verba ut planissima à nonnullis Hæreticis fuisse sublata, & prætermittitur testatur S. Athanas. lib. 7. ad Theophilum de processione regulæ Christianæ, Vigilus disputat. inter Athanasium, & Arium, Fabadius libr. contra Arianos, Eugenius Carthaginens. lib. de fide Catholica, Idacius capit. 5. Sanctus Hieronymus prologo in Epistolas Catholicas. Affert tamen hæc verba S. Athanasius disputatione contra Arium, & Iginus Primus Epistola 1. ducentis ante Arium annis, ut leguntur in vulgari correctæ.

De mysterio Trinitatis disputant diligentissimè Patres, Sanctus Epiphanius hæresi 48. & 57. S. Basilus in libris contra Eunomium, S. Athanasius orationibus, & epistolis quamplurimis, S. Cyrillus in Thesauro, & in dialogis per libros plures, S. Gregor. Nazianzen. orationibus quinque Theologiæ, S. Ioannes Damascenus in libris fidei Orthodoxæ: & ex Latinis, Tertullianus lib. contra Praxeam, S. Hilar. libris 12. de Trinitate, S. Augustin. 16. Sanctus Ambrosius in libr. de fide ad Gratianum, & de Spiritu S. Marius Victorinus Afer contra Arium, quem refert Sanctus Hieronymus in Cathalogo, Sixtus Papa ad Dionysium, & Leo Primus Epistola 93. & Gregorius Beticus haud spernendus libr. edito de Trinitate. contra Arium, quem & Hieronymus inter Ecclesiasticos scriptores censet, Sanctus Anselmus in Monolog. & S. Bernard. lib. 5. de consideratione ad Eugenium, Boetius item, & Richardus de Sancto Victore libros suos de Trinitate inscripserunt. Post Magistrum verò, qui Patrum sententias congescit, in lib. 1. omnes Doctores de Trinitate commèntati sunt. Et inter omnes tam Patres, quam Scholasticos Doctores, Sanctus Thomas in 1. lib. sententiarum; in quæstionibus de potentia: in opusculis: Sed in libr. 4. contra Gentes & 1. p. ferè 20. quæstionibus, lógo interuallo & doctius & vberius, & luculentius præ omnibus proculdubio disputavit: quod facillè erit dum differemus, intueri; cum nihil in disputando occurrat, quod S. Thomas non attigerit, nihil difficile quod

A non explicauerit. Hi omnes vno consensu eam hæresim, quæ negat plures esse diuinas personas arguunt, & refellunt; nec enim opus est innumeras illorum sententias recensere.

Sunt etiam sanctæ visiones, diuinaque oracula plurimis sanctorum enunciata, quibus etiam veritas Sanctæ Trinitatis corroboratur; quæ narrat longius Rob. Bellarminus lib. 1. de Christo cap. 12. & cap. 13. ad finem, & nonnulla miracula hoc ipsum attestantia. Confirmat autem fidem hanc Trinitatis, atque excitat res gesta. Cum enim populus Constantinopoli supplicationes faceret, eò quòd Vrbs motibus terræ quateretur, Felix Papa enarrat in Epistola ad Zenonem Imperatorem, e populo raptum puerum fuisse in altum, & ab Angelo didicisse Sacrum Canticum, quod Græci dixerunt Trifagium, eo quòd ter Sanctus inclametur. *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miserere nobis.* Quæ repetitione Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus inuocatur; delapso autem puero, & quæ didicerat, nunciante, populum eo hymno dicto numen trinum votis suis præsens statim habuisse.

C Qui hymnus fuit ab Ecclesia hilarissimè receptus; & in Synodo Calcedonensi celebratus cætibus, teste S. Ioanne Damasceno lib. 3. fidei Orthodoxæ, capit. 10. In quem postea Hæretici calumnias suas (ut solent) coniecerunt, ut dicemus cap. sequenti.

Vno ergo totius Ecclesiæ consensu definita est hæc veritas in Concilijs sæpissimè. Et habetur cap. Firmiter de summa Trinitate; & in Symbolo S. Athanasij ab Ecclesia recepto. *Alia est persona Patris, alia Filij, & alia Spiritus Sancti.* Et iterum, *nec confundentes personas, nec substantiam separantes.* Denomine Trinitatis lib. 5. dicemus. Quod autem personæ sint tres, & non plures ex processionibus diuinis libr. secund. demonstrandum est. Quid verò significetur nomine personæ libr. 4. diligentius expendendum.

CAPVT. XX.

Hæreses contraria refelluntur.

Pars prior. *Refelluntur hæreses contra diuinas personas assertæ.*

Pars

Hæc verba Hæretici abraferunt.

S. Athanas. Vigilius. Fabadius. Eug. Carth. Idacius. Hieronym.

S. Athan. Iginus.

6.

Probatur 1. autoritate Patrum de Trinitate disputantium S. Epiphani. S. Basil. S. Athanas. S. Cyrill. S. Greg. S. Damas. Tertul. S. Hilar. S. August. S. Ambr. Mar. Vict.

Sixtus Pap. Leo Primus Greg. Bat.

S. Anselm. S. Bernard. Boetius, Richard.

Magister.

Omnium optimè S. Thom.

7. Probatur 5. Sanctis visionibus, & oraculis.

Bellarmin. Confirmatur ex historia.

Felix Papa.

Trifagius hymnus dictus Trinitatis.

S. Damas.

8. Probatur 6.

ex definitione Ecclesiæ.

C. Firmiter. Symb. S. Athanas.

Pars posterior. *Refelluntur hareses contra personam Spiritus Sancti asserta.*

P A R S P R I O R.

Refelluntur hareses contra diuinas personas asserta.

Heresis negans plures esse in Deitate personas.

Illius caput fuit Noetus.

Philaster.

Genebrard.

S. Epiphan. Alij Praxeam caput faciunt.

Tertull.

S. Aug.

S. Epiphan. Ait Montanum heresiarcham recte sensisse de personis diuinis.

S. Hieron. Quidam Montanista cum Noeto.

Nicephor. Sabellius huius haresis ampliator magistro famosior.

S. Hilar.

S. Aug.

Euseb. Cas.
S. Thomas.

2. Sabellij haresis proponitur.

Heresis est iamdiu Ecclesie infesta eorum, qui negant plures esse in Deitate personas: quod diu docuerunt Hermogenes, Praxeas, Noetus, Sabellius; fuitque haresis caput Noetus, quem consequuti sunt Praxeas, Hermogenes, & Sabellius (vt ait Philaster Episcopus Brixianus apud S. Augustinum de haresibus, ad quod vult Deus haresi. 41.) Ptolemaide Egypti sub Galieno Imperatore, vt narrat Gilbertus Genebrardus lib. 3. Chronicon, pagina 531. Noetum etiam auctorem fuisse haresis testatur S. Epiphanius haresi. 57. Alij Praxeam antiquiore Noeto volunt haresim inchoasse, vt colligitur ex Tertulliano in lib. de Præscriptionibus contra hæreticos cap. ultimo. Hermogenem in hac classe recenset S. August. lib. de haresibus c. 41. Montanistas verò in eo numero non ponit, eorum errores commemorans cap. 26. Sanctus autem Epiphanius aperte affirmat Montanum recte sensisse de personis diuinis: at verò S. Hieronymus epistol. 54. Montanistas coangustasse ait diuinas personas in vnam; & fortasse discrepat S. Hieronymus ab alijs, quoniam fuere quidam Montanista huius sectæ, quam Montanus non fuerat consequutus, vt refert Nicephor. lib. 4. historia cap. 22. Dicitur verò Sabelliana haresis, non quòd fuerit Sabellius autor, sed quòd eam amplificauerit; fuit enim Sabellius Noeti discipulus, teste Philastrio, discipulus, inquam, hoc est, sectator, cum ea ætate Noeti non vixerit; sed magistro in haresi extitit famosior. Deinde eos consequuti sunt Paulus Samosatenus, & Photinus teste S. Hilario libr. de synodis. Sed & Priscilianus eandem haresim excitauit, vt refert S. Augustinus de haresibus cap. 7. De qua etiam tractat Eusebius Cæsariens. lib. 10. historia Ecclesiastica cap. 29. & S. Thomas 4. contra gentes cap. 3.

Affirmabat Sabellius eundem Deum personam vnicam, seu vnam, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum dici: Patrem dici, quatenus Auctor rerum est; Filium

A verò, quia ex Virgine idem Pater natus est; at Spiritum Sanctum dici, quatenus nos sanctificat. Et vt refert S. Athanas. oratione, Deus ex Deo, contra Arium, dicebat Sabellius Patrem dilatarum in Filium, & Spiritum Sanctum, scilicet secundum actiones distinctas, à quibus distincta nomina sibi comparabat. Videtur autem fuisse auctor haresis Simon ille Magus, qui raptus à Dæmone coram populo Romano videbatur ad cælos ascendere, & à Petro Deum orante deiectus est. Is autem, teste Theodoro lib. 1. Hæreticarum fabularum, se ipsum nominabat infinitam potentiam: & se Iudæis quidem tanquam filium apparuisse; ad Samaritanos autem tanquam Patrem descendisse; ad alias autem gentes tanquam Spiritum Sanctum accessisse. Quæ sunt verba Theodoret. Et idem asserit S. Iustinus Martyr in Dialogo cum Triphone pag. 98. & Apolog. 2. pag. 24. & 38. & apertissime S. Cyrillus Hierosol. Catechesi. 6. refert Simonem dixisse se Patrem esse, & Christum, & Spiritum Sanctum. Simon ergo dum se Deum prædicabat, confundebat simul diuinas personas, se esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum asserens. Quidam verò Hæreticus dictus Manes (à quo Manichæi) pronunciauit se esse Christum, & Spiritum Sanctum simul, vt refert Theodoretus lib. 1. ad finem, quæ sunt portenta haresum. Cyrillus verò ea Catechesi. 6, & 16. dicit Manetem fecisse se spiritum operatum.

Alij verò in eandem haresim ibant, vt plures esse personas diuinas negaret, Hebion, & Cherinthus apud S. Irenæum lib. 1. cap. 25. & 26. quos etiam Paulus Samosatenus, ac Photinus consequuntur apud S. Augustinum de haresibus haresi. 44. & 45. qui dicebant Christum ante Incarnationem nihil fuisse; ideòque vnicam personam diuinam agnoscebant. Sed Sabellius eandem personam dicebat Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & Christum. Vnde dicebantur Patripassiani, quia cum Christum passum faterentur, non negabant Patrem etiam passum, ideòque Patripassiani dicti. Samosatenus verò cum Hebione personam Christi non æternam esse, neque diuinam dicebat; ideòque etiam negabat esse plures personas diuinas. Ariani autem re ipsa in eandem haresim currunt, quia dum

S. Athan.

Auctor huius haresis Simon Magus arroganter insanit.

Theodor.

S. Iustinus.

S. Cyril. Hierosol.

Similiter insanit Manes hæresiarcha quoque Mauichæi.

Theodoret.

S. Cyrillus.

3. Hebion, & Cherinthus in quo cum Sabellianis cõueniunt. It: Samosat, ac Photinus.

S. Irenæus.

S. Aug.

Sabelliani dicebantur Patripassiani. In quo discrepent à Samosateno, & Hebione.

In quo differant ab Ario quantum ad verba Arii.

Contra Hebionem, & Cherinthum dicitur Ioannes Euangelista Euangelium conscripisse.

Theodoret.

4.

Noui Samosateni duplicem haresim, ut Samosatenus, complexi.

5.

In eadem haresi Iudei.

Item Mahometus.

6.

à Philosophis initia haresi.

S. Cyrillus Trismegist.

Potest Christianè explicari.

Item ab hareticis distorqueri.

Similiter Plato.

Auerrois philosophia negans Trinitatem.

Filium, & Spiritum Sanctum negant esse verum Deum, vnicam personam diuinam relinquant, scilicet Patrem; verbis tamen Filium, & Spiritum Sanctum Deum dicunt, & esse personas in Deitate tres, non vnā, ut Sabellius. Arius ergo dicit Christum esse personam distinctam à Patre; Sabellius verò negat esse distinctam. Contra Hebionem, & Cherinthum dicitur Ioannes Euangelista Euangelium conscripisse, ut refert Theodoretus, & alij.

Nostri autem ferè temporibus heresis sepulta reuixit autore Michaelē Serueto anno millesimo quingentesimo trigésimo secundo, teste Surio, quē sequuti sunt Trāsyluani haretici Principe Georgio Blandrata. Hi enim, & personarū numerum negāt cum Sabellio; & Christi Domini personam ex tempore creatā, & existentem blasphemè asserunt cū Samosateno; & dicuntur noui Samosateni, eò quòd Samosatenus vtrāque haresim complexus est, quod isti faciunt.

In hac ergo perfidia sunt Iudei, qui cum vulgò ante Christum Dominū natum ignorarent mysterium Trinitatis, eius prædicationem exosi in eadem incredulitate perseuerant; quos libuit Mahometo sequi.

Videntur autem hanc haresim prisca Auctores imbibisse ex dictis Philosophorum, quia Philosophi mysteria accipientes à testamento veteri, quæ non pura hauriebant, & sua ex mente postea alijs effutiebant, mille erroribus implicata reliquerunt, ut antea admonuimus.

Refert igitur S. Cyrillus contra Iulianum libr. 1. Hermetem Trismegistum cum Deum, & mētem, Spiritūq; Sanctū prædicasset, iterum cōfundere personas his verbis, *Omnino est Dominus, & Pater, & Deus, & fons, & vita, & veritas, & lux, & mens, & spiritus.* Quæ etsi possint explicari Christianè, ut non accipiamus mentem, & Spiritum pro personis; sed pro substantia intelligente, & spirituali: forsan tamen hæc verba, & similia hareticos in sensum impiū impulerunt. Nam & in ijs, quæ Porphyrius refert de Platone, *Mens dicitur per se genita existens, & ipsa Pater.* Quæ verba lib. 2. expendemus; nec enim oportet diutiùs in hac re versari. Hinc etiam Auerroes. 12. Metaphy. & Philosophos, & inanem philosophiam sequutus negauit posse defendi in vna substantia indiuidua tres per-

sonas subsistere; necesse enim esse, ut tres personæ sint non in substantia indiuidua, sed specifica, ut tres homines in vna specie. Et idem notat Celsidius super Timæum Platonis pag. 44. Nusquam enim Philosophi prisca vnā Deitatem in tribus personis potuerunt existimare; quos & haretici sequuti sunt. Vide Nicephorum libr. 8. historiae Ecclesiasticae cap. 47. vbi de ea re diserit contra Philoponum; vide etiam Gilbertum Genebrardum libr. de Trinitate, vbi recitat etiam Suidam. Quare & Arius Philosophorum assecla non posse intelligi asseuerabat, quod tres personæ sint vnus Deus, sed esse hoc argumentum insolubile, ut refert Vigilius disputatione inter Arium, & Athanasium.

Aduertendum quoque est, quòd in hymno Trisagio supra commemorato duæ hareses intrusæ sunt. Altera Petri Gnaphei cuiusdam, qui quatuor personas diuinas esse docuit; duas scilicet in Christo, alteram diuinam, alteram humanam, ut refert S. Ioannes Damascenus 3. lib. fidei Orthodoxe cap. 10. & in epistola de Trisagio; occasione verborum, *Sanctus immortalis*: quasi ter repetito nomine, *Sanctus*, tres personæ significetur, & addito, *immortalis*, quarta persona. Futile sanè argumentum; præterquàm quòd in Græco coniunctio, &, non legabatur, ut Damascenus docet. Alij verò quartam personam addebant Trisagio, eò quòd in cantico Seraphinorum Isaie 6. additur, post trinam acclamationem, *Sāctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum*; & Apoc. 4. *Sanctus, Sāctus, Sāctus, Dominus Deus omnipotens*: quasi quartū nomen additū significet quartam personam, & ita sint personæ duæ in Christo: cum tamē illud quartum nomē ponatur, ut commune tribus personis, ut explicat Alcuinus Albinus de S. Trinitate lib. 1. cap. 3. de qua re Clitonus in Damascenum. Sed, quod ad rem est, altera ex opposito occurrit haresis propter falsam intelligentiam S. Epiphaniij, ut refert etiam Sixtus Senensis libr. 5. Bibliot. Sanctæ. Dicebant Haretici Trisagium Christo Domino decantari, quasi ipse esset Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ter in Trisagio inelamatus. De qua re Damascenus in epistola de Trisagio longissimè disputat, & docet Trisagium per diphtongum, ei, necessariò significare

Celsidius. Similiter prisca philosophia

Nicephor.

Genebrard. Suidas.

Arius Philosophorum assecla.

Vigilius.

8.

In hymno Trisagio duæ hareses intrusæ.

Prima ponit quatuor personas diuinas, duas verò in Christo.

S. Damasc.

1. argumentum pro hac haresi futile.

2. argum.

Isaie. 6.

Apoc. 4.

Alcuinus.

Clitonus.

Secunda haresis opposita, Christum esse Patrem, Filium, & Sp. Sanctum.

Sixt. Sen.

D. Damasc. Trisagium per ei, significat.

ternariū sanctū per, i, sanctum per excellentiam.

Olim Trinitati in prima significatione decantabatur.

Nunc Christo in secunda.

9. Argumenta Hereticorum. 1. Tridetos vocabant Christianos.

Nazianz.

Respondetur in vna Deitate plures personas illius in finitatem commendare. Idem.

10. 2. argum.

Respondetur. Verus Deus est Pater, &c. hinc non sequitur quod Deus trinus sit Pater.

nificare ternarium numerum; nam per simplex, i, nonnunquam significat aliquid per excellentiam Sanctum. Quod ergo attinet ad nomen, Trifagius, dum ternarium Sanctum significat, non potest Christo Domino conuenire; bene tamen quatenus significat per excellentiam Sanctum. Quod verò attinet ad hymnū, qui Trifagius dicebatur, fuit quidem in gloriam Trinitatis inuentus, & eidem vsu Ecclesie dicatus; neque olim Christo Domino à Catholicis attributus. Trina verò acclamatio Seraphinorum non Christo Domino, sed Trinitati dicebatur, cuius doctrinæ testes refert ipse Damascenus S. Athanasium, Basilium, Gregoriū, & ceteros Patres. Sed tamen extincta heresi Sabelliana, hic hymnus in Ecclesia decantatur Domino Christo, remota omni suspitione, quod ipse sit Pater, aut Spiritus Sanctus; sed quod excellentiæ causa ter inlameretur, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.

Est autem his hæreticis illud argumentum commune, quod tres personas ij qui credunt, tres Deos inducant, & Tridetos vocabant Christianos, id est, cultores trium Deorum, vt est auctor S. Gregor. Nazianz. oratione de laudibus Heronis, & oratione 5. Theologa. Quod quidem impijssimè nobis obijciunt; nos enim confessionem diuinarum personarum ab vnitatem Deitatis inchoamus, *Credo in vnum Deum*. Quod autem in Deitate vna plures sint personæ, commendat maximè infinitæ nature excellentiæ, quod pulchrè dixit idem Nazianzenus oratione de Natiuitate Domini. *Ne diuinitatis inopia premi iudicemur*. Est enim copia quædam, quod diuina bona communia sint pluribus personis; inopia foret, si in vnica persona constricta & coarctata essent.

Aliud argumentum hæreticorum est; Verus ille Deus aded in literis sacris predicatus, est ipse Pater diuinus; si ergo Deus ipse est trinus, Deus trinus est Pater. Argumentum procedit ex falsa intelligentia scripturæ; aliqui enim existimant nomē, Deus, semper accipi pro Patre, quod postea cofutabimus. Verus ergo Deus est Pater, sicut est Filius, & Spiritus Sanctus; nulla ergo consequentia est, quod Deus trinus sit Pater, sicut nulla est consequentia, quod Filius sit Pater, vt lib. 5. docebimus.

A Aliud argumentum. Verus Deus inuocatur per Christum, sed Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus non debent inuocari per Christum, quia Christus est ipse Filius, & sic inuocaretur per se ipsū; ergo Deus non est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus simul. Quo argumento hæreticus Blandrata iactat se conuicisse Caluinum, qui tres personas confitebatur. Argumentum autem præcipuè est contra Christi diuinitatem, quasi ipse non sit Deus, siquidē Deus inuocatur per Christum. Respondetur tamē quod ipse Christus secundum humanitatem, est aduocatus apud se secundum diuinitatē; vt docent Patres, & alio loco docendum à nobis est. Ecclesia verò in precibus maximè significat personarum distinctionē, quia precatur Patrem per Christum Filium eius in Spiritu Sancto.

B Nouum argumentum excogitarunt noui Samosatēni; idq; impudentissimū, & absurdum. Ex eo enim, quod hæc veritas ab exordio nascentis Ecclesie prædicata est, & omnium Christianorū consensu firmata, stultè arguunt esse seductionem de qua dicitur Luca 21. *Videte ne seducamini*, Actorum. 20. *Intrabunt post discessionem meam lapi rapaces in vos*, & ad Colossens. 2. *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam*. Sed tamen seductio non potuit dici ab Apostolo ea, quam ipse maximè prædicauit de Patre Iesu Christi, & de Spiritu Sancto aperte differens; neque inanis philosophia, quā Apostoli quoque prædicare admoniti sunt Matth. 28. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Simile autem argumentum possent efficere de omni veritate Catholica, quam ipsi Apostoli populis, & gentibus annunciarunt. Sed potius seductio dicitur post discessum Apostolorum Sabelliana hæresis, quæ Patrem, & Filium confundit; & aliæ similes contra veritatem Trinitatis annunciatam exorta. Nec verò minus absurda, & futes sunt aliæ nouorum Hæreticorum obiectiones. Argumenta verò contra huius fidei veritatem, quæ Hæretici ab inani, imò falsa philosophia conficiunt, ad finem huius libri soluentur, præmissis nonnullis questionibus, quæ ad explicationem rei videntur conducere.

C Respondetur. Sed tamen seductio non potuit dici ab Apostolo ea, quam ipse maximè prædicauit de Patre Iesu Christi, & de Spiritu Sancto aperte differens; neque inanis philosophia, quā Apostoli quoque prædicare admoniti sunt Matth. 28. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Simile autem argumentum possent efficere de omni veritate Catholica, quam ipsi Apostoli populis, & gentibus annunciarunt. Sed potius seductio dicitur post discessum Apostolorum Sabelliana hæresis, quæ Patrem, & Filium confundit; & aliæ similes contra veritatem Trinitatis annunciatam exorta. Nec verò minus absurda, & futes sunt aliæ nouorum Hæreticorum obiectiones. Argumenta verò contra huius fidei veritatem, quæ Hæretici ab inani, imò falsa philosophia conficiunt, ad finem huius libri soluentur, præmissis nonnullis questionibus, quæ ad explicationem rei videntur conducere.

11. 3. argum. quo Blandrata hæreticus iactat se conuicisse Caluinum

Respondetur. Christus secundum humanitatem, est aduocatus apud se secundum diuinitatem. Ecclesia in precibus significat personarum distinctionē.

12. 4. argum. fit à nouis Samosatēnis.

Luca. 21.

Actor. 20.

Colossens. 2. Respond. 1.

Matth. 28.

Respond. 2.

Seductio vera est Sabelliana hæresis, & similes.

POSTE-

POSTERIOR PARS.

Refelluntur hareses contra personam Spiritus Sancti asserta.

1. De Patre Valentinus Gentilis novus hereticus.

DE singulis tamen personis fuerunt hareses singulae negantium Patre, & Verbum, & Spiritum Sanctum esse personas. De Patre Valentinus Gentilis novus hereticus ait, quod Pater non sit persona, sed spiritus quidam a quo omnia. Sed profecto ille impius vocem propriam ignoravit. Nam in natura rationali persona est, a qua est operatio: concessit ergo definitionem, notionemque personae, personam autem per stultitiam negavit. Neque vero cogitatione fingi potest natura sine hypostasi vlla, siue persona, cuius natura sit.

Pugnantia loquitur.

2. De Verbo antiquae hareses Sabellianorum. S. Athanasius, S. Basil. Filium esse personam non negabant, sed Verbum.

De Verbo etiam fuere antiquae hareses Sabellianorum non esse personam, ut testatur S. Athanasius oratione contra gregales Sabellij; & S. Basil. contra Sabellium, & Arium. Dividebant autem Verbum a Filio, nam Filium personam esse non negabant, sed Verbum non esse personam dicebant. Esse autem Christum personam unam, & eandem, quod perspicuum est, tomo 4. demonstrabimus, Deo favente. Libro autem 2. huius operis Verbum, & Filium eandem personam esse docebimus.

3. De Spiritu Sancto haresis. S. Athanasius, S. Thom. Vetere Macedoniani in duas sectas oppositas divisi. S. Aug.

Est autem haeresis quoque de Spiritu Sancto, quod non sit res subsistens, & persona. Nam S. Athanasius in oratione de communi essentia Patris, & Filij disputat contra quosdam hereticos, qui asseriebant Spiritum Sanctum esse quoddam Dei donum, seu virtutem. Et S. Thomas 4. contra gentes cap. 18. refert ex Macedonianis, qui Spiritum Sanctum negabant, quosdam dixisse eum esse ipsam divinitatem Patris, & Filij, de quibus S. Augustinus libr. de haeresibus haeresi. 52. Alios vero dixisse Spiritum Sanctum re creatam esse, scilicet, vim aliquam, aut rem quampiam animis nostris inhaerentem, quae non est persona, cum sit accidens inhaerens. Sadducaei quoque negabant Spiritum Sanctum omnino esse, ut testatur S. Gregor. Nazianz. oratione 5. Theologa.

Sadducaei.

Nazianz.

4. Novi Macedoniani similiter bipartiti. Seruetus posteriores sequitur.

Ex novis autem haereticis Seruetus ait Spiritum Sanctum non esse rem subsistentem, sed vim quandam, & Dei impulsam, posteriores Macedonianos se-

A quitus. Gregorius vero Blandrata sequitur priores, & ait Verbum, & Spiritum Sanctum non esse personas divinas, sed virtutes Dei. Et hos sequitur alia turba haereticorum, ut referunt Robertus Bellarmus vir studiosissimus, & Gregor. de Valentia. Cum quibus haereticis consentit Schegkius ille, quem Gilbertus Genebrardus doctissime oppugnat, asserens tres personas esse tres virtutes, siue potentias eiusdem essentiae, non subsistentes, ut lib. 4. dicemus.

Blandrata priores.

Bellarmus Valentia.

Genebrardus. In Schegkio cum Blandrata sentiente.

B Schegkio videtur favere Marius Victor. lib. 4. contra Arium, Tridimanos, inquit, est Deus, id est, tres potentias habens, esse, vivere, & intelligere. Sed Marius longe abest ab haeresi. Nam etsi tribus personis attribuat potentias tres, non tamen potentias re ipsa distinctas, quas sepius ait esse idem: personas autem, & subsistentias ait esse distinctas libris suis contra Arium. Gennadius etiam Patriarcha Const. in sua confessione Verbum, & Spiritum Sanctum dicit duas energias, id est, potentias naturales Dei; sed loco eodem dicit hypostases tres. Idem tamen Marius fiducia quadam in omnibus Platonizantis, ac mystice philosophantis, verbis quidem ferè labitur in haeresim, non satis distinguens Spiritum Sanctum a Filio. Et ipsam quidem Deitatem libris illis contra Arium nuncupat nomine Spiritus Sancti, quo nomine fauet haeresi Serueti dicentis Spiritum Sanctum esse potentiam, non personam: aliquando vero ait unum esse Filij, & Spiritus Sancti motum, quo scilicet sunt a Patre; cum tamen haereticum sit dicere processionem unam duorum, quod lib. 2. declarandum est. Nonnumquam vero ipsam personam Spiritum Sanctum videtur dicere Christum esse, praesertim libr. illo 8.

5. Mar. Victor. longe abest ab haeresi. Tridimanos, id est, tres potentias habens.

At est etiam Gennadius.

Marium praedictum verbis ferè labi in haeresim, ostenditur, Primò.

C sic enim loquitur de Paraclito, Quis est iste? unusne solus Spiritus Sanctus? idem, & Christus? Etenim ipse dixit, alium Paraclitum dabit vobis Deus. Dum dixit alium, se dixit alium: dum dicit Paraclitum operam similem declaravit. Et post pauca. Alius Paraclitus, & ipse a Patre mittitur; Iesus ergo Spiritus Sanctus. Et lib. eodem. Quis igitur est Spiritus Sanctus, id est, logos. Et iterum, An quia idem ipse Christus, & Spiritus Sanctus? Et inferius: Ergo Spiritus Sanctus in isto actu alter Paraclitus. quasi non personaliter sit alter, sed solo actu, ut

Secundò.

Tertiò, variis locis.

Primus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

D anterior

Prima respō-
sio pro Mario.

anteriori insinuauerat. Profecto si de editione librorum Marij timendum esset, suspicarer quaedam ex his, & similia à Sabellianis fuisse supposita. Et quidem circa veræ fidei sinceritatem, apparet in libr. eodem dixisse substantias tres, id est, personas tres: quid clarius?

6.
Secūda respō-
sio, & praci-
pua.

At verò ad sententiarum istarum elucidationem, scire oportet Marium ijs in locis mysticè, ac metaphoricè philosophari; nam & incarnationem Verbi, & mortem, & descensum ad inferos, & resurrectionem mysticis sensibus quibusdam interpretatur. Quare non est mirandum quòd missionem Spiritus Sancti mystico etiã sensu proinde inducat: quo sensu mystico Paraclitum missum à Patre nūcupat Spiritum Sanctum. *Quis est iste, inquit, vnusne solus Spiritus Sanctus? an idē & Christus?* quasi dicat verbis clarioribus. Solusne Spiritus Sanctus persona, inquam, à Filio distincta, dicitur Spiritus Sanctus, aut Paraclitus? an etiã sensu, scilicet, mystico dicemus Christum Paraclitum missum? Et obijcit sibi quia Christus dixit, alium Paraclitum. Sed & hoc mysticè declarat Marius; *Dū dixit, inquit ille, alium, se dixit alium*: alium scilicet, non personaliter, sed officio, videlicet simili opera. Quia ipse Christus mystico sensu dicendus sit Paraclitus missus, cum ipsius sit prima processio, ex qua suo ordine processit persona Spiritus Sancti. Et similiter declaranda quæ sequuntur scilicet Christū esse Spiritum Sanctum missum missione illa prima, qua & Christus, & Spiritus Sanctus siue Paraclitus dici possit. Sanctum etiam Spiritum logon dici, id est, verbum, quia vtrunque nomen usurpat, vt commune tribus personis libris ijsdem: quare non est mirum, quod vtrūque tribuat vni personæ. Quòd verò interrogatione illa permittit eundem esse Christū, & Spiritum Sanctum mystico sensu intelligendum est. s. opera simili Christum esse vtrunque. Et eodem modo declarandum, quod ait Spiritum Sanctum alium esse Paraclitum actu quodam: quia mystica illa significatione nō distinguit Spiritum Sanctum à Christo personaliter, sed operatione. Cæterum hæc mystica probauerim in gestis Patrū, & interpretatione scripturarum: at in disputatione contra hæreticos periculis heresum plenisima, Marium minimè collaudauro

Marius in sensu mystico loquitur, dū Paraclitum missum à Patre, i. Filiū, nūcupat Spiritū Sanctum.

Sic explicantur loca adducta.
Primus.

Secundus.

Tertius.

Logon. i. verbum, & spiritū factum usurpat Marius vt nomina communia tribus personis.

Quartus.

Quintus.

In disputatione contra hæreticos non est differendū obsecrè & incautè, vt Marius,

A tam obscure, & incautè differentem, & omnia commiscentem varijs mysterijs; sed hæc scribimus in defensionem viri clarissimi.

Verum equidè est Marium distinguere personas diuinas per attributa essentialia tribuens Patri esse, Filio vitā intelligentiam Spiritui Sancto: nō quòd existimet has esse res distinctas, cū perpetuò affirmet omnia hæc esse vnū; neq; verò quòd excludat proprietates personales, cum ijsdem libris substantias tres dicat, & res tres lib. 4. & existentes.

B Et lib. 4. ad finem, Christum existere sua existentia, & Spiritum Sanctum sua. Sed dū petit distinctionem aliquam, quæ possit explicari inter personas, ab ipsa ratione distinguente attributa, Filium coniungit cum Spiritu Sancto, quia intelligentia attributa huic, est quædam vita quæ tribuitur alteri. i. Filio, quod etiam facit lib. 4. contra Arium, *Quodāmodò, inquit, idem Iesus, idem Spiritus Sanctus, actus scilicet agēdi diuersi*, quodāmodò, inquit, idem, quia sunt actione diuersi. Vbi non videtur mysticè loqui, neque Christum dixit esse Spiritum Sanctum, & repetit Christum esse idem, & Spiritum Sanctum idem, personas, vt videtur, distinguens. At verò ad finem istius libri 4. mystica significatione immutata dicit Spiritum Sanctū esse Christum. *Iam verò, inquit, Spiritum Sanctū alio quodā modo ipsum esse Iesum Christum occultum, interiorē, cum animis fabulātem.* Quod faciliore equidè metaphora dicitur, eò quòd Christus mittit in nos Spiritum Sanctum habitantem, & loquentē, vt ipse Christus dicatur nos inhabitare, & nobiscum loqui. Et hoc idē declarat qua ratione Marius Christum etiam dixerit Spiritum Sanctū. Similiter vel corrigendus est locus, vel aliqua ratione elucidandus apud eundem Marium Viēt. libr. 3. contra Arium, vbi videtur dicere Spiritum Sanctū esse eundem Filium Dei: *Nemo igitur, inquit, separet Spiritum Sanctum, & prophana blasphemia esse nescio quid suspicatur, quia & ipse de Patre est, quia ipse est, & Filius, qui de Patre est.* Quæ verba sic leguntur tomo 4. Bibliot. Patrū, editione 2. Parisijs elaborata, qua vtimur. Quòd & si alijs codicibus sic habentur, punctis diuidenda verba sunt, vt sensum Catholicum faciant, in hunc modum; quia ipse

C

D

E

est

7
Marius distinguit personas diuinas per attributa essentialia ratione distincta.

Eadem ratione coniungit Filium cū Spiritu Sancto.

Cum Spir. Sanctus sit missus in nos à Christo, dicitur à Mario esse Christus, & metaphora faciliore quam è cōtra

Locus Marij fortasse corrigendus.

Punctis diuisus aliqua ratione licet diuisione sensum catholicū faciat.

est, & Filius, qui de Patre est. Vt intelligatur ipse Spiritus esse qui de Patre procedit, & Filius etiam de Patre procedere; vt relatiuum, qui, referat duos, scilicet Spiritum, & Filium sensu disiuncto. Fateor & hunc loquendi modum durior rem esse. Marius tamen libris contra Arium sepe numerat, vt obseruauimus, personas tres, & loco eodem paulò antèrius, *Hic Deus*, inquit, *scilicet Pater*, de quo ibi loquebatur, *is cum duobus cæteris Deus*, vbi numerauit duos præter Patrem, scilicet Spiritum Sanctum, & Filium; neque vlla relinqui potest suspicio de viro hoc sapientissimo.

8.
Argumēta hæreticorum.
Primum.
Ioan. 3.

Hæretici in sensum qui ipsis placet scripturam trahere solent.

Ventus dicitur spirare vbi vult per tropum: Spir. Sanct. vbi vult proprie, vt patet.

9.
Secundum.

Filius dici potest donum diuinum.

Simili ratione Sp. Sanctus pignus hereditatis nostræ.

Ephes. 1.
Itē Pater pars hereditatis nostræ, & ipsa hereditas.

Psal. 15. & *141.*

Sp. Sanct. singulari ratione suæ processio- nis dicitur donum,

Argumenta hæreticorum inania sunt. Afferunt illud *Ioannis 3. Spiritus vbi vult spirat*. Spiritus, hoc est, ventus; sicut ergo ventus, qui voluntate præditus nõ est, dicitur spirare, vbi vult; ita & Spiritus Sanctus per tropum, inquit, dicitur ea agere, quæ Deus agit per illum. Hic autem solitus est hæreticorum furor, vt scripturæ sanctæ intelligentiã sumant, non ex Patrum sententia, sed ex libertate cuiusque, & dicendi licentia. Vnde fit vt nihil nobis constare possit ex diuino eloquio, si quisque nostrum diuina verba in sensum proprium trahat. Sed vide in quem sensum? Nam de vento quidẽm, in quo non est voluntas, necesse est ad tropum, & analogiam referatur id, quod dicitur, *Vbi vult spirat*. Sed de Spiritu Sãcto, qui verbis planissimis dicitur velle, loqui, operari, præcipere, & distribuere; neque dicendi ratio tropum exigit, neque verba vilo modo possunt per tropum, & analogiam explicari.

Obijcitur deindẽ illud, quod Spiritus Sanctus sit pignus hereditatis, & sit donum diuinum, quæ non conueniunt personæ, sed hæc sunt diuina munera, quibus ornatur. Ad hoc facile respondetur, quod Filius quoque potest dici donum diuinum; quia datus est nobis; *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret*. Eadem ratione Spiritus Sanctus dicitur pignus hereditatis nostræ, *Ephes. 1.* datur enim per gratiam sanctificantem, qua adoptamur in filios, & hæredes. Et similiter dicitur de Patre *Psal. 15.* & *141.* quod est pars hereditatis nostræ, & ipsa hereditas. Igitur Spiritus Sanctus singulari quadam ratione dicitur donum, quia est persona per dilectionem procedens, vt lib. 6. dicemus.

A Sunt autem dona plurima ex hoc dono in nos profecta, videlicet, animi ornamenta, habitus, & actiones, quæ sunt res creatæ. Vnde obseruandum est cum S. Athanasio oratione ad Serapionem, Spiritum Sanctum, qui est diuina persona, in scriptura sancta semper significari per quandam excellentiam addito articulo græco, quasi dicas, *ille spiritus*; aut dicitur spiritus Dei, vel à Deo; vel ex ipsis verbis, & orationis sensu Spiritus diuinus declaratur, dum ei tribuuntur ea, quæ sunt Dei propria. Et ita dignoscitur an sit donum creatum, scilicet, habitus, aut vis operandi, aut actio nobis inherens à Deo immissa: an verò sit increatum donum, quod est persona diuina per dilectionem procedens.

B Obijciunt denique quod Pater est Spiritus, & est sanctus; & Filius similiter: nõ ergo est persona distincta Spiritus Sanctus. Ad hoc respondendum est libr. 4. clarius, quo pacto sit nomen persona Spiritus Sanctus. Certum tamen est quod in scriptura sacra nunquam accipitur nomen hoc, Spiritus Sãctus, nisi pro persona.

C Sunt tamen explicanda verba S. Hilarij 8. de Trinitate, quæ nobis obijcit Seruetus, quod nomina confundamus, & aliquando nomine Spiritus Sancti significemus Patrem, aliquando Filium. Verba sunt hæc, *In spiritu autem Dei Patrem Deum significari, ita existimo intelligi oportere, quod Spiritum Domini super se Dominus Iesus Christus professus sit; propter quod eum vngat, & mittat ad euangelizandum*. Et infra. *Filium verò hoc modo demonstratum esse intelligamus, ut dicit, quod si in spiritu Dei eicio Dæmonia*. Ad verborum sensum enucleandum legendus est Hilarius paucis ante verbis, quibus vult ostendere vnitatem diuinæ naturæ in Christo, & Patre, eò quod comuni potestate vterentur, cum vterque in spiritu dicatur operari; intelligit autem vtrumque operari in spiritu eodem, id est, in virtute eadem; & ait, *Et quero nunc in spiritu Dei, vtrumne naturam, an rem natura significatam existimes? Non idem enim est natura, quod natura res, sicut non idem est homo, & quod hominis est*. Quæ verba si ex Philosophia sunt interpretanda, res naturæ est persona cuius natura est; vel etiam vulgari sermone dicit S. Hilarius naturam hominem, & rem naturæ potestatem hominis; loquebatur enim

10.

S. Athan.
Spir. Sanctus
semper in scri-
ptura signifi-
catur addito a-
liquo quod dis-
cernatur a do-
no creato.

11.

Tertium arg.
Certum est in
scriptura hoc
nomen, Spir.
Sanctus, nun-
quam accipi,
nisi pro perso-
na.

12.

S. Hilarij.
Verba obscu-
ra S. Hilarij,
quæ nobis ob-
ijcit Seruetus,

Explicantur.

Idē S. Hilarij.

Res naturæ est
persona: vel
potestas natu-
ræ suppositæ,
v. g. hominis.

enim

enim de potestate Patris, & Filij, quam vult probare esse eandem, eò quòd per eundem Spiritum Pater, & Filius viuificent, id est, per eandem potestatem. In his ergo locis omnibus S. Hilarius accipit Spiritum, non pro persona, sed pro virtute Deitatis. Et perspicua sunt iam quæ sequuntur; nam in illis verbis, *Spiritus Domini super me*, ait, significari Patrem; id est, demonstrari spiritum Patris, potestatem Patris; in illis verò, *In digito Dei eijcio Dæmonia*, demonstrari Filium, seu spiritum Filij, id est, potestatem Filij. Et modestè ait S. Hilarius. *Existimo intelligi oportere*. Eò quòd hæc interpretatio sit ex mente S. Hilarij, & ab ipso fortè excogitata. Nā hæc testimonia Patres nō de potestate, & virtute, sed de Spiritu Sancto, qui est diuina persona, rectius videntur explicare. Darius ergo Serueto id, quod verum est, S. Hilariū in his locis per spiritum Dei intellexisse virtutem Dei; nomen tamē Spiritus Sancti nunquā accipit pro virtute, sed pro persona. Et ipse S. Hilarius eo loco testimonium subdit de persona Spiritus Sancti ex Apostolo, & Propheta Ioel. 2. *Efundam de spiritu meo*. Vbi spiritum Patris ait esse ipsum Paraclitum, respiciens ad sensum historicum; quia Spiritus Sanctus Paraclitus descendit super Apostolos. Gregor. de Valentia contendit explicare S. Hilarium quasi de Spiritu Sancto in superioribus locis sit loquutus, sed id non potest facere, quod conatur.

Patrum verò testimonia non adducimus, quia omnes, vt capite præcedenti diximus, vno consensu, & verbis conceptis Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum tres esse personas, vt veritatem catholicam prædicant, & profitentur.

CAPVT XXI.

Quòd Spiritus Sanctus sit Deus probatur ex nouo testamento.

DE persona Spiritus Sancti ex nouo instrumēto acceptis sententijs disputauimus, hæresesq; cōtrariæ refutatae sunt; reliquū est vt de eius Deitate testimonijs eiusdem noui testamenti differamus. Expressior est autē in nouo testamēto, quā in veteri de Deitate Spiritus Sancti doctrina, ob causas supra allatas. Et imprimis probatur quòd Spiritus Sanctus dicatur Deus absolutè, ac verè ex illo Matth. vlt. *Docete omnes gentes bap-*

A *tizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Vbi Spiritus Sanctus cum Patre, & Filio eiusdem esse hominis, & auctoritatis asseritur; nihilq; minùs dicitur, quā quod in Symbolo profite mur, *Pater, & Filij, & Spiritus Sancti vna est diuinitas, equalis gloria, coeterna maiestas*. Item ex illo 1. Ioan. 5. *Tres sunt, qui testimoniū dant in cælo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus. Et hi tres vnū sunt*. Et infert, *Si testimoniū hominū accipimus testimoniū Dei maius est*. Tres ergo, quos numerauerat testimoniū ferentes, vnus, & idē Deus est; nā Dei, inquit, *testimoniū maius est*. Et Petr. Act. 5. ad Ananiā. *Cur tētauit Sathanas cor tuū, mētiri te Spiritui Sancto? non es mētītus hominibus, sed Deo*. Spiritus ergo Sanctus, cui mentitus fuerat Ananias, Deus est. Quo argumēto vtitur S. Athanas. de cōmuni essentia Patris, & Filij, & S. Greg. Naz. orat. 5. Theolog. & alij Patres. Itē 1. Cor. 6. *Nescitis, quòd mēbra vestra templū sunt Spiritus Sancti, subijcit, glorificate, & portate Deū in corpore vestro*. Deū, inquā, cuius tēplū estis, scilicet Spiritum Sanctum. S. Aug. epist. 66. *Quē Deū, nisi Spiritum Sanctum, cuius corpora nostra dixerat esse templū*. Et S.

C Athanas. Dialogo cōtra Anomæos eodē argumento vtitur. Et S. Basil. lib. 4. in Eunomiū. Et c. 12. inquit S. Paulus. *Diuisiones gratiarū sunt, idem autē spiritus; & diuisiones ministratiōnū sunt, idē autem Dominus; & diuisiones operationū sunt, idē verò Deus*. Vbi eidē diuino Spiritui per accomodationem, & gratiæ referuntur, vt distributori gratiæ; & administrationes, vt Domino; & operationes, vt Deo. Est ergo Spiritus Sanctus idē Dominus, & Deus. Qui locus est arguendi etiā Patribus cōmunis. Deniq; Ioan. 4. cum dicitur, *Spiritus est Deus*, locum

D Ariani obliterarunt teste S. Ambros. lib. 3. de Spiritu Sancto c. 11. conuicti ex illo quòd Spiritus Sanctus Deus esset, *Quia maluerunt, inquit, delere scripturā, quā mutare sententiā*. Quem etiam locū S. Gregor. Naz. de Spiritu Sancto enarrat oratione 5. Theolog. S. tamen Athanas. lib. de cōmuni essentia cum alijs, declarat verba hæc non de persona Spiritus Sancti, sed de ipsa Deitate. Idem probat S. Ambros. lib. 2. de Spiritu Sancto c. 6. ex Paulo ad Philippenf. 3. *Nos sumus circumciso, qui spiritui Deo seruiamus*. & ita legi in Græco; nomen autē, seruiamus,

H Græcè

Symbolum
S. Athan.
Secundò
1. Ioan. 5.

Tertiò
Act. 5.

Vtuntur hoc
argumento
S. Athan.
Nazianz.
Quartò
1. Cor. 6.

Vtuntur hoc
S. August.

S. Athan.
S. Basil.

Quintò
1. Cor. 12.

Sextò
1. Ioan. 4.
S. Ambros.
Ariani conuicti hoc testimoniū maluerunt delere scripturam, quā mutare sententiā.
Nazianz.
S. Athan.
De ipsa Deitate declarat locum.
S. Ambr.
Ad Phil. 3.

In verbis illis S. Hilar. per Spiritum Dei intellexit virtutem Dei, seu potestatem.

S. Hilarij modestia.

Patres per spiritum Dei Spiritum Sanctum rectius videntur explicare.

S. Hilar.

Ioel. 2.

Valentia reijcitur.

13.

1. argum. est quia Spiritus Sanctus dicitur Deus absolute, & verè probatur. 1. Matt. vlt.

- S. Thomas.** Græcè latriã significat, qui est cultus solius Dei, quod etiã obseruat S. Thomas 4. contra gent. c. 18. Verum est quod in editione modò correctã legitur. *Qui spiritu seruimus Deo.* Et ita fit infirmum argumentum ex hoc testimonio.
2. Sed adhuc probatur ex collatione veteris, & noui testamenti. Nam Hierem. 31. dicitur. *Hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel, post dies illos dicit Dominus; dabo legem meã in visceribus eorum, &c.* Paulus verò Hebræor. 10. hoc refert in Spiritum Sanctum. *Contestatur nos & Spiritus Sanctus, postquam enim dixit, Hoc autem testamentum, & sequitur locus Hieremiã apud Paulum. Idem ergo Dominus, qui per Hieremiã contestatur, & pactum condit, est Spiritus Sanctus, teste Paulo, eiusdem testamēti Auctor. Isaiã. 6. quæ dicitur Dominus loquutus refert Paulus Actor. 28. Spiritum Sanctum loquutum. *Vade ad populū istū, &c.* quod affert S. Ambros. libr. 3. de Spiritu Sãcto cap. 22. & 23. Et illud, *Est Deus in celo reuelans mysteria,* ex Daniele. Paulus 1. Corint. 14. *Spiritus loquitur mysteria,* haud dubiè Spiritum Sanctum Deum affirmans, cum loca ex scriptura afferat mutato nomine, pro Deo Spiritum Sanctum rectè substituens; eò quòd ea, quæ de Deo dicuntur, de qualibet persona communiter dici possint.*
3. Probat idem S. Ambros. de Spiritu Sãcto libr. 2. cap. 9. ex collatione verborum Ioannis cap. 1. Nam quos ait in Deo natos, natos etiam de Spiritu Sãcto Dominus ait. *Quod natū est de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est.* Et cap. 11. idem S. Ambr. ex re gesta Actor. 11. cum enim cecidisset Spiritus Sãctus super gentes ait Petrus. *Ego quis erã, qui prohiberem Deum? Vbi spiritum vocat Deum.* Et Hebr. 3. *Hac dicit Spiritus Sanctus, Hodie si vocem eius, &c. Vbi tētauerunt me Patres vestri.* Verba sunt Dei, quæ Paulus ait Spiritum Sanctum dixisse. Itē probat S. Cyrillus in lib. Quod Spiritus Sãctus sit Deus ex illo Hierem. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* At Ioan. 7. Spiritus Sanctus dicitur flumen aquæ viuæ; est ergo Spiritus Sanctus Deus ipse, qui conquerebatur, *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.*
4. Et confirmatur argumento S. Athanasij sermon. 3. contra Arianos, & S. Basilij lib. de Spiritu Sãcto cap. 18. Quia Spiritus Sanctus in sacris literis nunquam numeratur inter creaturas, sed cū de Deo est sermo, Spiritus Sanctus, vt consors Deitatis inducitur.
- Est autem argumentum S. Cyrilli in libr. quod Spiritus Sanctus sit Deus ex verbis Apostoli 2. Corinth. 3. *Vbi spiritus Domini, ibi libertas.* non enim est seruus spiritus, qui alios liberos reddit, & in libertatem vëdicat; quod si non est seruus, est Dominus, & Deus. Ad quod etiam pertinet quod S. Athanas. epistola ad Serapionem annotat Angelum Gabrielem ministrum fuisse Spiritus Sancti, eū dixit ad Mariam Luc. 1. *Spiritus Sanctus superueniet in te.* Deus enim est, cui Angeli ministrant. Item Christus ex Spiritu Sãcto conceptus est; ab eodemque ductus in desertum. Et Luc. 4. *Ducebatur Iesus in Galileã in virtute spiritus.* Quod adnotat S. Cyrill. 13. Thesauri cap. 2. Angeli ergo ministrabant; at Spiritus Sãctus ducebat. In eodēq; spiritu Christus eijciebat Dæmonia. Et Isaias dicit de ipso Christo Domino cap. 61. *Spiritus Domini super me, eò quòd vnxiert Dominus me.* Et maiorem esse blasphemiam in Spiritum Sanctum, quam in se ipsum Matth. 12. quod obseruat S. Ambros. 1. libr. de Spiritu Sãcto cap. 3. Non ergo minor est Spiritus Sãctus, quàm Christus.
- Hoc item argumento vtitur S. Greg. Nazianz. oratione 5. Theologa elegantè Spiritum Sanctum cum Christo comparando, *Nascitur Christus, præcurrit Spiritus; baptizatur ille, hic testimonium dicit; tentatur ille, hic in altum subducitur; miracula edit ille, hic concomitatur; ascendit ille, hic succedit.* Ex quibus verbis vltimis maximè argumentum corroboratur. Nō enim minor est, qui loco Christi Paraclitus succedit. Expendenda verba Christi Ioan. 16. *Expedit vobis, vt ego vadam; si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Quomodò ergo expediebat nobis abire maiorem scilicet Christum, vt minor, scilicet, Spiritus Sanctus veniret? Et confirmatur ex illo Ioan. 14. *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.* Quod impleuit Christus misso Spiritu Sãcto loco sui, vt aduertit S. Cyrillus libr. Quod Spiritus Sanctus sit Deus. Quod est argumentum contra Macedonium, qui Christum Deum esse confitebatur, id autem de Spiritu Sãcto negabat.
- Eodem

S. B. fil.

5.
12. probat
S. Cyrillus.
2. Cor. 3.Decimotertio
S. Athan.

Luc. 1.

Decimoquart.
Luc. 4. & a-
libi.

S. Cyrillus.

15. probatur
Matth.
Isai. 61.Decimo sexto
Matth. 12.
S. Ambr.

6.

17. probat
Naz.
Spir. Sanctum
cum Christo
comparando.

Ioan. 16.

Confirmatur
Ioan. 14.S. Cyril.
Hoc arg. op-
timum est cõ-
tra Macedon.

Eodem

7.
18. probat
S. Ambr.
similitè ex
societate Spir.
Sancti cū Pa-
tre, & Filio.

Idem.

Matth. 28.

8.
19. probatur,
quia efficiunt
Deos participati-
onis in filios ad-
optans.

Roman. 8.
Est argumētū
S. Cyrilli.

Confirmatur,
quia efficiunt nos
Deo similes.
Ephes. 1.

Est hoc argu-
S. Ambros.
S. Cyril.

2. arg. est, quia
Spir. Sanctus
est in Deo sub-
stantialiter.
Probatur
1. Cor. 2.

Vtuntur hoc
argumento

Eodē argumēto utitur S. Ambr. lib. 1. de fide c. 5. ex loco Mat. 17. ubi Christus Petrum reprehendit quod tabernacula Moyfi, & Eliæ postulare. *Emendatur, ait, Dei Patris auctoritate dicentis, Hic est Filius meus dilectissimus, ipsum audite, id est, Quid cōseruos tuos cū Dño socias tuos? Sed Spiritus Sanctus habet societate cū Patre, & Filio sapè in sacris literis: ergo nō est seruus, sed Dñs. Et lib. 1. cōtra Arianos eodē utitur argumento. Nā inaequaliū societas melioris offerens est. Quod cōfirmatur ex illo Mat. 28. *Baptizates eos in nomine Patris, & Filij, & Spir. Sancti.**

Potest quoque ad hoc argumētū reuocari, quod Spir. Sanctus est in forma Dei verus Deus, siquidē efficit nos Deitatis participes; non enim calidum efficit, nisi quod calidū est, aut excellentius calido, vt sol: at verò Spiritus Sāctus efficit nos Deitatis participes in filios adoptans, vt verus spiritus Patris cœlestis. Vnde Apostolus Rom. 8. *Accepistis Spiritū adoptionis filiorū.* Et ita arguit S. Cyrill. 13. Thesauri c. 1. scilicet Spiritū Sanctū esse Deū per essentiā, quia efficit nos Deos participatione Deitatis. Et itē quia nos refert in diuinā similitudinē; de qua etiā re lib. 14. Thesauri c. 4. Quod cōfirmatur ex illo loco Ephes. 1. *Signati estis Spiritu promissionis Sancto.* Qua ratione vocatur Spiritus Sāctus à Græcis signaculū propter omnimodā cū Patre, & Filio similitudinē: vnde nos creata quadam, & adumbrata similitudinē si niles etiā sibi efficit, & ideò dicitur, *Signati estis Spiritu Sancto.* Ergo Spiritus Sāctus habet veram Dei formam, & est verus Deus. Idem argumentum vsurpat S. Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 6. & S. Cyrillus 13. Thesauri cap. 1. & lib. 14. c. 4.

Secundò probatur ex eo, quod Spiritus Sanctus in Deo est; nihil verò est in Deo creatū; ergo Spiritus Sāctus est quid increatū, & est Deus ipse. Quod sit Spiritus Sāctus substantialiter in Deo, probatur ex illo Cor. 2. *Quis enim hominū scit, quæ sūt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi Spiritus Dei.* Quid potuit dici clarius? Ex eo enim colligitur spiritū hominis nosse quæ sūt hominis, quia est in homine; & similiter spiritum Dei nosse, quæ sunt Dei, quia est in Deo, verè & secundū existētiā, sicut spiritus hominis in homine; ergo Sp. Sāctus Deus est. Argumentū

A est S. Cyrilli 11. Thesauri c. 2. & S. Basilij in serm. cōtra Arianos, & S. Athanas. cōtra Anomæos, qui ex eo probant Spiritum Sanctum esse Deū, quia est spiritus Dei. Ad quod etiam pertinet illud 1. Ioan. 4. *In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis.* Ipse enim Spiritus est res diuina, per quem Spiritum Deus est in nobis. Et 1. Corinth. 12. eodem argumento probatur esse in nobis Christum, quia spiritum eius habemus.

B Tertiò probatur quod Spiritus Sāctus sit Deus, quia est summū bonū. Et est argumētū Didymi lib. 1. de Spir. Sancto: nam quo loco Mattheus c. 7. ait, *Quanto magis Pater vester, qui in cœlis est, dabit bona patētibus se.* Lucas c. 11. ait, *Quanto magis Pater vester cœlestis de celo dabit spiritū bonum petentibus se.* Igitur quod alius dixit spiritū bonū, alter compellat bona. Est ergo Spiritus Sanctus nō bonū aliquod, sed summū bonū subsistens, omniaque bona cōtinens. Et S. Cyrillus 13. Thesauri c. 4. probat Spiritū Sanctū esse per essentiā sanctum, & naturā sanctū, quod nulli creaturæ conuenit. Vnde & per se ipsum sanctos nos efficit nobis infusus, sanctimoniā nobis secū afferēs.

D Quartò probatur quod Spiritus Sanctus sit Deus, quia habet diuinā scientiam ex loco citato 1. Corinth. 2. *Quis enim hominū scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, &c.* S. Cyrillus 13. Thesauri cap. 4. aduertit spiritum hominis naturaliter nosse, quæ sunt in homine; ita & spiritum Dei, quæ sunt in Deo, non per reuelationem, sed per naturam Deitatis. Et cōfirmatur ex eodem loco cum subditur, *Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda Dei,* quod est comprehendere Deitatem; hoc verò Dei solius est: nam de creata cognitione dicitur, quod Deus est incomprehensibilis cogitatu; Deus ergo est, qui Deum comprehendit; & ita explicat S. Basilij lib. 5. in Eunomium, quod scrutari est penitus inspicere, iuxta illud Psal. 7. *Scrutans corda, & renes Deus.*

Quintò probatur ex diuina processione, quæ procedit, vt amor; amor autē est in amante: ergo in Deo est amor procedens, & ipse est Deus: de qua re alio loco. Argumentum est S. Cyrilli 14. Thesauri cap. 4. ubi probat Spiritum Sanctū esse Deum, quia est ipsa charitas Dei.

S. Cyrillus.
S. Basil.
S. Athan.

Confirmatur
1. Ioan. 4.

1. Cor. 12.

10.
3. argum. quia
Spiritus Sanctus
est summum bonum
Vtuntur illo
Didymus.
Probatur
Matth. 7.
Luc. 11.

Confirmatur
S. Cyrillus

11.
4. argum. quia
Spir. Sanctus
habet diuinā
scientiam.
Probatur
1. Cor. 2.
Explicat bene
S. Cyrillus.

Confirmatur
ex D. Paulo
ibid.

S. Basil.
Psal. 7.

12.
5. argum. quia
procedit vt
amor.

Est argumētū
S. Cyrilli.

13. 6. argum. quia operatio Spiritus Sancti est cōmunis cū Patre, & Filio, vt constat ex forma baptismi, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Probat. 1. ex forma baptismi. Probat. 2. *2. Cor. vlt. Matth. 10.*

14. Sexto probatur ab effectis, quoniam operatio Spiritus Sancti est cōmunis cū Patre, & Filio, vt constat ex forma baptismi, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Probat. 1. ex forma baptismi. Probat. 2. *2. Cor. vlt. Matth. 10.*

15. Probat. 3. *Luca. 1. 2. Petri. 1.*

16. Probat. 4. ex sacris literis passim. *Ioan. 6. Roman. 8.*

17. Probat. 5. *Didymus.*

18. Probat. 6. *Act. 10. 13. & 20.*

19. Explicatius proponitur 5. probatio Didymi. *Luca. 11.*

20. Septimo probatur ex eius immensa presentia elegantè ab eodem Didymo lib. 1. Cum enim Christus in orbè terrarū Apostolos mitteret, Spiritum Sanctum eis dē infudit *Ioan. 20. Accipite*, inquit, *Spiritum Sanctum*; igitur Apostolis per orbè vniuersum dispersis Spiritus Sanctus vbique terrarū aderat. Quod argumentum firmū est; nam Christus non sola gratiæ munera Apostolis infudit, sed ipsum Spiritum Sanctum eis dedit; ergo

A Spiritus Sāctus immensæ magnitudinis est, vt Deus, qui omnia repleat. Hoc idē probat S. Ambros. lib. 1. de Spir. Sancto cap. 7. ex verbis Christi *Act. 1. Accipite virtutem veniente Spiritu Sancto in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria vsq; in fines terra*, inquit S. Ambros. *Incircumscribitur igitur, & infinitus Spir. Sāctus, qui se discipulorum sensibus per separataram diuortia discreta regionū, semotosq; fines totius orbis infudit, &c.* Et idē probat ex illo *Ioel. 2. Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*. Et ex illo *Sapient. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, &c.*

B Octauo probatur eius potestas infinita ex pluribus, primò ex opere Incarnationis, quod est quodāmodò infinitū; dicitur autē ad hoc Spiritus Sāctus in Virginem superuenisse. Deindè ex remissione peccatorū; folius enim Dei est offensam in se admissam demittere; hoc autē Spiritus Sāctus efficit, *Accipite Spiritū Sāctum, quorum remisistis peccata, &c.* *Ioan. 20.* Et cōsequentè ex opere iustificationis, quæ sapiēsimè Spiritui Sācto tribuitur in sacro eloquio. Et adhuc ex resurrectione Christi, & aliorū mortuorum: De alijs mortuis dicitur cum de

C Christo Paulus loqueretur *Roman. 1. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritū sanctificationis ex resurrectione mortuorum*. hoc est, Christi prædestinatio, quod esset Filius Dei, manifesta fuit ex virtute miraculorū, & suscitatione mortuorum, quam Christus, vt homo, obtinebat per Spiritum Sāctum. At de ipso Christo excitato dicitur *Roman. 8. Spiritus eius, qui suscitauit Iesū, &c.* ergo Spiritus Sanctus potestate est Patri æqualis mortuos reuocans, & est verus Deus. Potestas, & auctoritas Spiritus Sancti iudicatur maximè in verbis Apostoli. 1. *Corinth. 12. Diuidens singulis prout vult*; quod ostendit S. Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto in initio, *Non enim Spiritus Sanctus, aut potestati alienæ est subiectus, aut iuri, sed suæ libertatis arbiter, omnia pro auctoritate propria voluntatis diuidens, sicut legimus, singulis prout vult.*

D Eadem potestas Spiritus Sancti ostenditur in baptismo, in quo renascimur ex aqua, & Spiritu Sācto; de qua re pulchrè S. Ambrosius lib. 1. de Spiritu Sancto

S. Ambr. Probat. 2. Act. 1.

Probat. 3. Ioel. 2. Probat. 4. Sapient. 1.

15. 8. argum. quia est infinitè potens. Probat. 1. Secundo.

Ioan. 20.

Probat. 3.

Quarto.

Roman. 1.

Explanatur hic locus.

Roman. 8.

Probat. 5.

1. Cor. 12.

S. Ambr.

16.

6. probatio cōsona cum tertia, & quodāmodò cū quarta.

cap. S. Ambr.

cap. 6. In aqua enim imago mortis, in spiritu pignus est vite. Est enim nostra regeneratio quedam a morte excitatio infinita potestatis.

17. 6. probatio ampliat.

Ad hoc argumentum reducitur quod est Auctor celestium munerum, fidei, spei, charitatis, & gratiae, & aliorum, quae solas mentes iulorum exornant, ut tritissimum est in nouo testamento; solus autem Deus istorum munerum est Auctor, ut suo loco dicemus; ergo Spiritus Sanctus Deus est.

18. 9. argum. quia templa sumus illi dicata. Probatur. 2. Cor. 6. 1. Cor. 6. Est argumet. S. Aug.

Non probatur ex verbis Apostoli 2. Corinth. 6. Vos enim estis templum Dei vini. Et 1. Corinth. 6. Membra vestra sunt templum Spiritus Sancti, qui in vobis est. Soli enim Deo templa homines sacra. In quem locum posteriore S. Aug. doctè arguit templum ex lapidibus non edificari nisi Deo vero, quanto magis templum rationale, quod nos sumus. Unde idem libr. 1. contra Maximum cap. ult. Nobis negare Deum esse Spiritum Sanctum, ne templum creatura facias membra creatoris. Et 1. de Trinit. cap. 6. Non creatura Spiritus Sanctus est, quia cui corpus nostrum templum exhibemus, necesse est hunc eam seruitutem debeamus, quam non nisi Deo seruiendum est, quae Gracè appellatur latria. Quod quidem argumentum S. Augustini firmissimum est, ut Spiritum Sanctum, cuius templum nos sumus, ut Deum colamus. Et S. Cyrillus lib. Quod Spiritus Sanctus sit Deus, ad finem probat Spiritum Sanctum esse Deum, quia in Christo templum sibi sanctissimum condidit.

Similiter arguit S. Cyrillus.

19. 10. arg. quia dicitur in nos effusus, & a nobis accipi.

Didymus.

Decimo probatur ex alia sanctorum literarum loquutione vsitatissima, quae Spiritus Sanctus dicitur in nos effusus, & quod illum accipimus. Quod enim finitum est, continetur loco, vel subiecto; & non potest vnum, & idem accipi a pluribus, & in plures diffundi; ideo appellat Didymus lib. 1. Spiritum Sanctum capabile, hoc est, immensum, qui possit a pluribus simul haberi, & accipi, in se ipse indiuisus. Et ratio est, quia quod infinitum est, eo ipso est a pluribus participabile (ut ita dixerim) & a nullo adaequate comprehensibile: ergo hac etiam ratione Spiritus Sanctus Deus esse comprobatur. Confirmat argumentum S. Ambrosii lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 4. ex verbis Apostoli 1. Corinth. 12. Sicut etiam vas electionis Doctores gentium dicit, quia vnum spiritum potauimus, quasi eum, qui non queat sciri

Confirmat. S. Ambros. ex 1. Cor. 12

A di, sed infundatur animis, & sensibus illabatur; ut secularis sitis restinguat ardore. Rectè sanè arguit ex eo, quod Spiritus Sanctus pluribus mentibus infundatur, esse Deum, & infinitam essentiam.

In quo etià argumento potest numerari, quod Spiritus Sanctus dicitur implere sanctorum mentes, qui est specialis, & diuinus planè modus, quo Deus sanctis suis adest, non solum per essentiam, praesentiam, & potentiam; sed quarto modo per gratiam, ut lib. 6. disputabimus. Quod si obijcias illud Act. 5. de Anania, cui Petrus, Cur impleuit Diabolus cor tuum. Ut legit S. Thom. 4. contra gent. cap. 18. Ipse respondet quod loquutio est per tropum, & metaphoram, significaturque non Diaboli existètia in anima Anania; sed eius operatio, scilicet, iniquitas, & dolus: sicut Actor. 13. O plene omni dolo, & omni fallacia. Sed in editione correctà non legitur, cur impleuit, sed cur tetrauit: spiritus autè Sanctus Deitate sua nos replet, quia Deus est, & in nobis habitat.

C Ad finem huius capituli aduertendum est, quod non consentimus cum Erasmo adnotatione ad illud Ephes. 5. In regno Christi, & Dei, asserente Deum absolute dictum semper intelligi Patrem. Hoc enim redollet Arianam heresim, quasi solus Pater sit Deus. Imò quoties Deus nominatur, nulla facta diuinae processions mentione, pro tribus personis est necesse accipi nomen; cum sit nomen tribus comune, etià ex Dialecticis prescriptionibus; quod docet S. Thom. 1. p. q. 39. ar. 4. Sed cum processio, seu origo designatur, nomen Dei, aut Domini ad Patrem refertur, quia absolute, & in omni processione ipse est principium, ut intelligamus spiritum Domini, id est, spiritum Patris: quia & Filius processione spiritus ad Patrem retulit, cum tamen etià a Filio procedat. Remota autè hac vocis accommodatione, iuxta Dialecticam instituta, spiritus Domini designat spiritum Patris, & Filij; quia significatur processio Spiritus Sancti, quae est a Patre, & Filio simul, ut lib. 2. dicemus: illa enim constructio in gignendi casu originem, seu processionem designat. Imò aliquando nomen, Deus, accipitur pro Filio, ut in Cantico Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & facit redemptionem. Et iterum, Per visceram misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos. Aliquando verò accipitur pro

Infinitas Spiritus Sancti.

20. Confirmatur ex eo quod dicitur specialiter implere sanctorum mentes.

Obijcitur Actor. 5.

S. Thom. Respondet idè S. Thom. Diabolus cor implere dicitur per tropum. Actor. 13. Editio correctà aliter legitur.

21. Erasmus refellit.

S. Thom. Nomen Deus, accipitur per accommodationem pro Patre, cum processio, seu origo designatur ut ibi, Spiritus Domini, Dei, &c. i. Patris.

Aliquando accipitur pro Filio. Luc. 10

Aliquādo pro Spir. Sancto. 1. Cor. 12. Act. 5.

Spiritu Sancto, vt 1. Cor. 12. *Diuisiones operationum sunt, idem autē Dominus.* Et Act. 5. *Non es mentitus hominibus, sed Deo.* In quibus locis nomē Dei absolutē dictum in Spiritum Sanctum conuenit, vt liquet ex antecedentibus, & consequētibus. Deus ergo non est potius nomen Patris, quā Filij, aut Spiritus Sancti; sed accipitur pro omnibus simul, vel pro singulis secundum verborum intelligentiam, quæ antecedunt, & consequuntur.

CAPVT XXII.

Spiritus Sancti Deitas à Patribus statuitur, & in Concilijs definitur.

1. Patres qui Deitatem Spiritus Sancti tuendā susceperunt. S. Athan. Didymus.

Non defuerunt Patres ex antiquis, qui hanc veritatem de Spiritu Sancti Deitate tuendam susceperint. De quo argumento S. Athanas. in Concilio Niceno ad finem cōtra Arium habuit orationem, & epistola etiam ad Serapionem, & aliās sapius. Didymus verò in tribus libr. apud S. Hieronymum ab eodem ex Græco traductis, luculentissimè S. Basil. in libris contra Eunomium, & in lib. de Spiritu Sancto ad Amphilochem Episcopum cap. 16. S. Gregorius Nicen. in lib. ad Eustachium, quod Spiritus Sanctus sit Deus, S. Gregor. Nazianz. lib. 5. de Theologia, & oratione in Heronem, S. Epiphan. hæresi 74. Cyril. Hierosolymitanus Cathachesi. 16. & 17. At verò S. Cyrillus Alexandrinus libr. 7. de Trinitate, & lib. speciali de Spiritu Sancto, S. Hilarius lib. 12. de Trinitate, S. Ambros. in libr. 3. de Spiritu Sancto, S. Cyprianus serm. de Spiritu Sancto per totum, S. August. lib. 1. de Trinit. cap. 6. inter quos meritò recensetur S. Thom. 4. contra gētes loco recitato, vbi fusè, doctèque veritatem catholicam cōfirmat.

S. Basil. S. Greg. Nic. Nazianz. S. Epiphan. S. Cyr. Hier. S. Cyrill. Alexand. S. Hilarius. S. Ambr. S. Cyprian. S. Aug. S. Thomas.

At præterquā quòd in disputatione ex veteri, & nouo testamento, Patrum plures sententias, rationesq; retulimus, quibus Spiritum Sanctum Deum esse iudicant: legendus est S. Greg. Nazianz. oratione 5. Theologa, quia omnia quasi epilogo complexus, doctissimè, differētissimèque disputat de Spiritu Sancti Deitate. Incipit autem Epilogus in hæc verba. *Spiritus Dei aicitur spiritus Christi, mens Christi, &c.* Et singula verba ad testimonia scripturarum scita, & conuicta spectant.

Nazianz. epilogo omnia cōplexus est.

A Neque verò Patres hanc veritatem vtrunque acceptam tradiderunt, sed vt Catholica Ecclesia definitionem, cui impium sit contrauenire, S. Athanas. epist. ad Serapionem, *Qui Spiritum Sanctum ad creaturas detrabit, impius est, & sine Deo, & infideli deterior, & quiduis potius, quā Christianus.* Et in lib. de beatitudine Filij, *Maledictus, qui solum verum Deum Patrem, & unigenitum verum Filium, & unicum verum Deum Spiritum Sanctum non confitetur.* Et S. Gregor. Naz. oratione 5. Theologa in principio, *Si vnū illud à principio erat, utiq; & tria: si vnū deycis, audax hoc dicam, ne duo quidē superiori loco colloces: quæ enim imperfecta diuinitatis utilitas? Imò quæ diuinitas, si imperfecta? Vbi affirmat eadem fide retinendū esse Spiritum Sanctum: vel Patrem, & Filium tolli, si Spiritus Sanctus tollatur.* Et oratione in appulsū Episcoporum ex Ægypto, *Blasphemia est non Spiritus Sancti diuinitatem asserere, sed eum submouere à diuinitate.* Et S. Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 2. *Eiusdem impietatis est vel Patri, vel Spiritui Sancto derogare.* Idem confirmat S. Cyrillus lib. 13. Thesauri ca. 1. & S. Basilus lib. 3. cōtra Eunomium; & plurima similia apud Patres reperies. Notanda autē sunt verba S. Basilij lib. 2. cōtra Eunomium, *Ex quo pietatis prædicatio denunciat nō minem in hunc vsque diem audiui, qui Spiritum Sanctum creaturam appellasset.* Insigne testimonium vt consensio de Deitate Spiritus Sancti appareat. Adrianus Papa edidit scriptum ad Carolum Magnum, quod legitur tomo 3. Cōciliorum, vbi Deitatem Spiritus Sancti Patrum testimonijs confirmat. Et ante illum Clemens primus, Alexander primus, Sixtus 1. Ægyd. 1. in suis epistolis. S. Ignatius epist. 5. Sanctus Dionys. c. 2. de diuinis nominibus, & alij.

B Vnus est Erasmus, qui si non spiritu infideli, verbis tamen planè hæreticis, audet nos mordere, ac pungere, quod Spiritum Sanctum Deum appellemus. Sed Erasmus, vt hæreticum Arianū deuitandum respondemus, quem meritò inter eos recenset Robertus Bellarm. in Prologo 2. controversiæ de Christo Domino. Et eundē Arianismi doctè arguit Bartholom. Torres q. 27. art. 1. Sane ad finem libri, quem de Spiritu Sancto

C **D**

E

3. S. Athan. Nazianz. S. Ambr. S. Cyrillus. S. Basil. Sancti Basilij dictum de Spiritu Sancto. Adrianus. Clemens. Alexand. Sixtus. 1. Ægyd. 1. S. Ignatius. S. Dionys. 4. Erasmus canēdus vt hæreticus Arianus. Bellarm. Torres. S. Hila-

S. Hilari.

S. Hilarius inscribit (cuius in Proemio Erasmus impudenter asserit, Patres non vocasse Spiritum Sanctum Deum) negat S. Hilarius Spiritum Sanctum esse creaturam; & mendax est Erasmus, qui cum iactet se esse in Patribus versatum, non potuit non legisse tot testimonia Patrum de Deitate Spiritus Sancti, quæ supra retulimus, eundemque in sacris literis Deum compellatum ostendimus.

Erasmus mendax.

Conciliadefinitia Spirit. Sæcti Deitate. Conc. Nic. Constantin.

Sed accedit Ecclesiæ auctoritas, per quam veritas hæc iam pridem in Concilijs definita est. In Nicæno in confessione fidei illis verbis, *Et in Spiritum Sæctum*, scilicet, credimus. In Constanti-

Ephesin. Calcedonens. Lateran.

nopolitano. i. verbis in Ecclesia decantatis, *Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem*. In Ephesino item. i. antequam ferantur anathemata. In Calcedonensi actione 5. in 2. editione fidei. Et in Lateranensi sub Martino, anathemate 1. & in 6. Synodo bis; scilicet in Epistola Agathonis, & in Suggestione Synodica, quæ habentur actione 4. In eodẽ Concilio actione 11. Extat de hac re Epistola Sophronij approbata ab eodem Concilio actione 13. Et iterum definitur eadem veritas ibi in confessione fidei actione 17. Et iterum à Concilio Nicæno 2. actione 1. de fidei confessione. Item

6. Synod. sepius.

cap. *Fideli*, de Summa Trinitate, quod habetur in Concilio Lugdunensi. Et in Lateranensi cap. *Firmiter*, & cap. *Damnamus*. Et in Florentino in Decreto de Spiritu Sancto. Et à Sixto Pontifice huius nominis primo epistol. 1. decretali.

Nicen. alibi

Item ab Iginio epist. 1. & à Sancto Damaso in professione fidei ad Paulinum. Adhuc in Concilio Syrmienti anathemate 17. & sequentibus. Et in Conc. Vuormatiensi in confessione fidei. Et in Concilijs Toletanis, & Bracharensibus sepius.

Cap. *Fideli*. quod habetur in Cõc. Lugd. Lateran. Florent. S. Pontifices Sixtus. 1. Iginius. S. Damasus Alia Concilia. Conc. Syrm. Vuormatiens. Toletana & Brachar. 6.

Nihil ergo videtur firmitus ab Ecclesia constitutum, quàm Catholicum hoc pronunciatum, quod Spiritus Sanctus Deus sit.

CAPVT XXIII.

Hereses contraria refelluntur.

Prior pars. *Recensentur hereses contraria.*

Posterior pars. *Hereses contraria refelluntur.*

PRIOR PARS.

Recensentur hereses contraria.

D Væ sunt contra Deum insignes hereses inter se oppositæ, Sabelliana, & Ariana. Illa negat ternarium personarum; hæc negat vnitatem substantiæ diuinæ in personis tribus. Et sicut illa dicta est Sabelliana, non quia à Sabellio fuerit inuenta, sed amplificata: ita & hæc dicta Ariana, non quod ab Ario profecta sit, sed quod ab eo maximè celebrata.

B

Pugna autem harum duarum heresum in eo constituta est, vt Sabelliani Patrẽ, & Filium, & Spiritum Sanctum asserant esse vnã personam diuinã; Ariani tres esse dicant, & vnitatem substantiæ in tribus istis negent. Cæteri enim sectatores heresum nequẽ omnes consentiunt, neque omnes dissident. Nostris verò temporibus extiterunt Triditæ, qui tres personas diuinãs, tres Deos veros dicerent, & veras Deitates tres, vt infra referemus: quod portentum in prioribus sæculis non est auditum: licet enim S. Cyrillus Hierosolymitanus catachesi 16. narret Marcionem posuisse Deos tres: fortè non credidit Marcion veras Deitates tres; sed, vt Ariani, dicebat Filium, & Spiritum Sanctum nomine, & similitudine Deos.

C

His ergo Triditis exceptis, omnes Ariani tres personas Deitatis, ita verbis confitentur, vt rem ipsam impiè tollant; nam Filium, & Spiritum Sanctum non esse verum Deum planè affirmant. Quare cù Sabellianis in eo concordant, quod vnã personam diuinã verum Deum agnoscunt; dissentiunt tamen, quia illi Patrẽ, & Filium, & Spiritum Sanctum aiunt esse personam vnã; hi autem concedunt esse personas distinctas; sed Filium, & Spiritum Sanctum esse verum Deum inficiantur. Ergo etiam Ariani personas diuinãs negant, siquidẽ personam Filij, & Spiritus Sancti esse verum Deum negant.

D

Qua in re attendendum est, quod hæretici vtrique suis inter se partibus aduersati, etsi nolint, veritatem Catholicã muniant, & confirmant. Nam dùm Sabelliani aiunt Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum eandem esse personã diuinã; Patrem, & Filium, & Spiritum

1. Hereses oppositæ Sabelliana & Ariana.

Ab amplificatoribus vtraque denominatur

Nostris temporibus Triditæ, tres Deos colentes.

S. Cyrillus. Fortè Marcio fuit Arianus non Triditæ.

Ariani cum Sabellianis in quo consentiant. In quo dissentiant.

Etiam Ariani personas diuinãs re ipsa negant.

4. Heretici dum inter se pugnant, fidem nostram confirmant.

H 4 Sanctum

Sanctum Deum verum esse contendunt, quia id vident in scriptura sancta esse planè declaratum. Et dum Ariani personas tres esse omninò conituntur ostendere, licet blasphemè negent illarum veram Deitatem, quam Sabelliani comonstrant; quid aliud faciunt, nisi ut utriusque manu indicent alterutrum dogma catholicum, personas esse tres, & veram in tribus Deitatem? Et idem sapiùs videre est in hæreticorum dissidijs. Quod S. Hilarius doctè adnotavit 7. de Trinitate, *Hæretici igitur omnes contra Ecclesiam veniunt; sed dum hæretici omnes se inuicem vincunt, nihil tamen sibi vincunt. Victoria enim eorum Ecclesia triumphus ex omnibus est, dum in eo hæresis contra alteram pugnat, quod in hæresi altera Ecclesie fides dānat. Nihil enim est, quod hæreticis commune est. Et inter hæc fidem nostram dum sibi aduersatur, affirmant.* Et infra affert exemplum de contentione hæreticorum Photini, Sabellij, & Arii, qui in aduersarijs reprobant, quæ nos ipsi reprobamus, ut Sabellius in Ario quod non agnoscat Christum esse Deum; Arius in Sabellio, quod non videat esse personam distinctam. Et hæc etiam ab alijs Patribus notata sunt.

Observat autem S. Thomas q. 9. de potentia art. 9. neque Arium, neque Sabellium finire numerum Trinitatis: nam si Filius & Spiritus Sanctus sunt creaturæ, ut blasphemus Arius ait, quid prohibet esse plures? Si verò sūt nomina eiusdem personæ Patris, ut ait Sabellius, quid prohibet esse nomina plura?

Quod autem attinet ad hæresum auctores, Hebion, & Cherinthus Christum esse purum hominem crediderunt, quos sequutus est Paulus Samosatenus, & Photinus illius discipulus. Quare eos retulimus inter Sabellianos; quia scilicet tolerantibus Filium, & Spiritum Sanctum reliquerunt vnam personam diuinam, scilicet Patrem. Sed Artius Syrus primus fuisse dicitur à S. Basilio libr. 1. contra Eunomium, qui Filium Dei alterius substantiæ à Patre asseruerit; & post eum iusse Eunomium ait. Lucius item, & Acatus eandem olim hæresim tenuisse seruntur; Nazariique Iudæi, qui Christum, ut verum probum susceperunt colendum; ut refert Theodoretus libr. 2. hæreticarum fabularum. Ab Origine etiam hanc hæresim emanasse docet S. Epiphanius epist.

A ad Ioannem Hierosolymitanum, & Theophyllact. Alexand. in Paschal, lib. 2. & S. Augustinus libr. de hæresibus, ad quod vult Deus cap. 43. Item S. Athanasius apud Nicephorum libr. 8. cap. 21. testatur centum annos ante Concilium Nicenum ab antiquis Episcopis hunc errorem in aliquibus fuisse grauitè animaduersum, qui auderent Filium Dei creaturam dicere. Post quos Arius hæresim apertius docuit Filium Dei creaturam esse; & ex non entibus, hoc est, ex nihilo creatum; & non æternum, sed tempore definito; ut per eum Deus cæteras res conderet, quasi per architectum. Itaque aiebat ante sæcula quidem, hoc est, ante temporis decursus, Filium Dei conditum fuisse, non tamen ab æternitate. Quæ liquent ex Arii epistola ad Eusebiu Nicomed, quæ est apud Nicephorum libr. 8. historia Ecclesiastica, & S. Epiphanium libr. 2. de hæresibus heresi 69. Et ibidem recitatur altera epistola Arii similis ad Alexandr. Eademque de Ario refert S. Athanasius oratione 2. contra Arianos, & aliàs sapiùs. Eundem Filium Dei post longa tempora fuisse carne humana indutum Arius asserbat. Spiritum Sanctum etiam cum Filio Dei conditum ante tempora nostra; & fuisse creaturas adeò excellentes, ut vtraque rectè dicatur Deus, sed non sit verus Deus. Quæ omnia Arii dicta, & apud S. Athanasium; & apud Patres alios extant. Et hæc est ratio, quod Arius aliquandò dicatur inuentor huius hæresis, quod eam sic explanauerit. Cum Ario consentit Eunomius, unde eadem hæresis appellatur Eunomiana apud Theophyll. libro de hæres. dicebat enim Patrem Filium fecisse, Filium verò fecisse Spiritum Sanctum.

Deindè Ariani sunt in partes diuisi; alij enim Filium Dei Deo simillimum dicebant, non quidè omiusion, id est, vnius substantiæ, sed omiusion, id est, similis substantiæ. Alij verò omninò dissimilè Patri, & Eteriusion, id est, dissimilis substantiæ, quasi Filium degenerem, & portentum, ut refert S. Ambrosius libr. de fide 3. cap. 7. & Theodoretus hæreticarum fabularum libr. 4. de Eunomio. Similitè alij Dei Filium non ab æterno creatum cum Ario. Alij verò ab æterno creatum concedebant, ut refert S. Augustinus posteriores Arianos censuisse libr. 6. de Trinitate cap. 1.

Theophyl. 2
S. Aug.
S. Athan.
100. annis ante Nicenū punitam.
Arii hæreses de Filio proponuntur.
Nicephor.
S. Epiphanius.
S. Athan.
Arii hæresis de Sp. Sancto.
Hæresis Ariana dicitur Eunomiana apud Theophyl.
7.
Arianorum duæ sectæ.
S. Ambrosius
Theodoretus.
Aliæ duæ.
S. Augustinus
Posteriores Ariani.
Maho-

Hæresis Arii
S. Athan.

S. Hilarius
egregiè.

Quid reprobat Sabellius in Ario? quid Arius in Sabellio?

S. Thom.
Neuter finit numerum Trinitatis.

6.
Auctores hæresis Sabellianæ Hebion, & Cherinthus.

Artius Syrus primus omnium, ut dicit S. Basil.

Item Nazarej Iudæi ut refert Theodoret. Ab Origine eam emanasse. S. Epiphanius.

8. S. Damasc. Mahometus impius adulator.

Sanderus. Canisius.

9. Valentinus Gentilis prius Tridita, postea Arianos posteriores sequutus.

10. Ab hac heresi non abhorret noui heresiarche. Bellarm. Valentia. Nec abhorret heretici Vbiquetarij. Nec Seruetus.

Nec Samofatenus duas hereses complexus.

S. Ambros. egregie in hereticos.

Mahometus verò, quem S. Ioannes Damasc. heresi. 10. Mamedium vocat, Trinitatem omninò negat cum Iudæis; & Christum excellentia Apostolū dicit, quasi Christianis morigerus, qui Christo deferat. Omnibus enim studuit adulari, de quo Sanderus libr. 7. de visibili Monarchia heresi 125. & Canisius lib. 7. de Deipara cap. 20.

Ex nouis hereticis Arium consequitur Valentinus Gentilis; nam etsi in principio tres Deos æquales dixisset, postea hoc retractans, inæquales Deos dixit Filium, & Spiritum Sanctum, delapsus, dum se corripit, in Arianismum: & Patrem vocat essentiatorem, Filium verò, & Spiritum Sanctum essentiatos; non solum impiè, sed barbarè etiam blasphemans, & in personas diuinas maledicta conijciens; quasi Filius, & Spiritus Sanctus habeant essentias distinctas factas, seu creatas; æternos verò esse cum posterioribus Arianis concedit.

Ab hac heresi non abhorret Martinum Lutherum, Philippum Melanctonem, Zuinglium, & ipsum Calvinū probat Robertus Bellarmus in Præfatione 2. Controuersiæ tom. 1. & Gregor. de Valentia Vbiquetarios etiam inter hos connumerat in opere de rebus fidei lib. 1. de vnitae, & Trinitate cap. 78. & 9. Imò & Michaelem Seruetum, quem nos Sabellianum diximus, quia personas diuinas negat, collocat ille inter Arianos; eò quòd Christum nomine tenus Deum dicat; quia scilicet secundum humanitatem fingit esse natum de substantia Dei, purum tamen hominem esse. Quo etiam pacto Samofatenum modò inter Arianos, modò inter greges Sabellianos numeramus. In quas hereses rectè conueniunt verba S. Ambrosij de fide libr. 1. cap. 4. *Heresis enim velut quadam hydra fabularum, vulneribus suis creuit, & dum sæpè rescinditur, pullulauit, igne debito, incendioq; peritura.* Nam heretici rationibus oppressi, & conuicti, dum viam euadendi quærunt, alia capita heresum componunt, antiquis rescissis.

11.

Macedonius petulantissimus in Spir. Sanctum.

At verò omnes hi heretici in hoc ferè conueniunt, vt Spiritum Sanctum dicant esse minorem Filio, sicut Filiū minorem Patre aiunt. Et Macedonius adeò petulans fuit contra Spiritum Sanctum, vt Filium Deum esse crederet, Spiritum Sanctum negaret. Extitit autem Mace-

A donius anno salutis 368. contra quem sanxit sacrum decretum Concilium Constantinopolit. primum sub Theodosio. Et iam olim, scilicet anno 324. in Conc. Niceno sub Constantino, Spiritum Sanctum esse Deum, approbatū fuerat. Macedonianis autem, qui obijciebant Catholicis nomen Triditarum, respondet Gregor. Nazianz. oratione 5. Theologia ipsos esse quoque Biditas, qui Patrem, & Filium confiteantur, Biditas, inquam, quasi duos Deos colentes Patrem, & Filium: quod si eos vnum Deum crederet, adderent quoque Spiritum Sanctum cū Patre, & Filio Deum vnum, & cessarent à calumnia Triditarum. Hos Macedonios appellat meritò Theophrastus Semiarianos, quia ex parte qua negant Spiritum Sanctum Deum, cum Arianis consentiunt.

Idem S. Greg. Naz. eo in loco hereticos contra Spiritum Sanctum insurgentes falsè perstringens; cū Iudæos, & Sadducæos, qui negant Spiritum Sanctum, & Philosophos, qui eum dicunt mentem, seu animam mundi, arguisset: de hereticis per ironiam sic ait: *At verò nostri sapientes partim vim quandam, & facultatem ipsum existimarunt; partim creaturam; partim Deū; partim utro potius nomine vocandus esset, minime certum, atq; exploratū habuerunt.* Et infra, *Alios etiam homines, videlicet sapientiores, auidui, qui diuinitatem metiuntur; ac tum quidem perinde ac nos intelligi confitentur; sed ea inter se disjungunt, vt primū essentia, & potestate indefinitū statuunt; alterum potestate, non item essentia; postremum utroque circumscriptum, & definitum: sic alio quodam modo eos imitantur, qui opificem, & adiutorem, & ministrum nominant.* Hi enim heretici Filium creaturam aiunt, & ideò essentia definitum; sed eundem creatorem esse rerum aliarum, & ideò potentia infinitum: at verò Spiritum Sanctum creatum esse à Filio, & non esse creatorem: & ideò neque essentia, neque potentia infinitū: sed Patrem & Filium, quasi opificem, & adiutorem: Sanctum verò Spiritum administrū & seruum audent dicere. Mito

D Valentiniannū figmentum antiquū de Æonibus, & Deitatibus penè innumerus, qui Spiritum Sanctum factum esse ab Angelo impiè aseruit. Gnostici verò heretici de Spiritu Sancto impudentissimè blasphem-

Anno 324. in Conc. Nic. fuerat approbatū Spir. Sanctum esse Deum. Nazianz. Macedonios Biditas vocat meritò.

Theophrast. Semiarianos.

12. Idem Naz. Hereticos istos ironicè perstringit.

Hereticorum impietas ridicula.

Valentiniannū figmentum in Spir. Sanctū. Gnostici heretici in Spir. S. impudentissimè blasphem-

S. Cyril. Hierosol.

13.
Causa errandi hereticis fuit duplex.
Prima.

Secunda,
Nazian.

Cur doctrina de Spir. Sancto obicurius sit tradita in nouo testamento.

blasphemabant. Testatur enim S. Cyrillus Hierosol. catarchesi. 16. talia eos de Spiritu Sancto dicere, quæ ipse Cyrillus neque nominare auderet.

Causa verò errandi cæteris hæreticis fuit, cum scripturas sanctas ex propria mente interpretarentur; quòd Spiritum Sanctum à Filio procedentem creaturam creaturæ dicerent, quia & Filius creatura esset. Et præterea quòd obscurius explicetur in sacra scriptura Deitas Spiritus Sancti: quare S. Gregor. Naz. oratione 5. Theolog. ait, Spiritum Sanctum subobscurè indicatum etiã in nouo testamento. Arbitror autem nomine noui testamenti eo loco Nazianz. intellexisse historiam euangelicã, scilicet, gesta Christi Domini. Nam ipse Nazianz. in consequentibus cum quæreret quam de causa sic obscurè tradita nobis sit de Spiritu Sancto doctrina, sic ait: *Neque enim tutum erat Patris diuinitate non dum confessa, Filium apertè prædicari, nec Filij diuinitate nondum admissa, Spiritum Sanctum velut grauiorem quandam (si ita loqui fas est) sarcinam ingeri.* Alludit ad verba Christi, *Non potestis portare modò. Quæ infra explicat. Sequitur autè Ne alioqui immodicis cibis oppressi, soli q̄ radijs bebetes oculos adicientes, pristinis quoque viribus periclitarentur. Quin tacitis potius accessionibus, & ut David loquitur, ascensionibus, atque ex gloria in gloriam progressionibus, & incrementis Trinitatis lumè splendoribus illuceret.* Argumentum autem ducit in hunc modum Nazianzenus. Iudæi enim vix Deum vnum capiebant, Deum, inquam, omnium Patrem, & ideò de naturali Dei Filio obscura quedam intelligentia credita illis fuit; Filius autem carne vestitus, & conspicuus se ipsum clariùs indicauit: de Spiritu Sancto autem obscurè, ne tanto pondere adhuc indociles animi opprimerentur; ideòque dixisse Dominum ad Apostolos cum ab eis discederet. *Multi alia vobis dicere habeo, sed non potestis portare modò. Paraclitus autem, & c. ille vos docebit omnia.* Scilicet, quia ipsam Paracliti notionem accipere prompti non erant, nisi Paraclitus ille adueniens, & mentibus eorum illapsus, se se agnoscendum præberet. Quod videtur Nazianzen. sapientèr docuisse. Totum autem istud argumentum conuincit Christum agentem inter ho-

Ioan. 16.

mines, de quo est historia Euangelica, meritò suppressisse clariorem notitiam Spiritus Sancti. Sed misso Spiritu Sancto declarata sunt omnia; & in Epistolis Catholicis, & Actis Apostolorum prædicatur apertè Spiritus Sancti diuinitas, vt liquet ex capite antecedenti.

Infanior autem eorum fuit impietas, qui se ipsos esse Spiritum Sanctum credi voluerunt, quorum primus fuit Simon Magus, de quo antea diximus, vt refert S. Cyrillus Hierosolym. catarchesi 16. & Theodoret. libr. Hæreticarum fabul. 1. & præter hunc Manes, qui se esse Paraclitum aiebat à Christo missum; & adhuc Montanus se esse Spiritum Sanctum prædicabat, vt Cyrillus enarrat loco eodè. Sed catarchesi 6. diligentiùs obseruat Manetis conditionem, & infautum interitum; Simonem verò ait dixisse se Patrè, & Filium, & Spiritum Sanctum.

In Epistolis Catholicis, & Actis Apostolorum clarè prædicatur Spirit. Sancti diuinitas.

14.
S. Cyril. Hierosol.
Theodoret.
Se ipsos esse Spir. Sanctum prædicarunt Simo Magus. Manes. Montanus.

POSTERIOR PARS.

Hæreses contraria refelluntur.

Superest, vt argumenta refellamus propter quæ hæretici Spiritus Sancti Deitatem tollunt. Et illud quidem perantiquum est apud hæreticos; quòd Spiritus Sanctus non appelletur Deus in sacris literis; quod Ariani inculcare solebãt, vt refert S. Athanasius oratione contra Anomæos, & S. Greg. Nazianz. oratione 5. Theologa. Sed nos iam ostendimus in vtroque testamento Spiritum Sanctum appellari Deum. Quod etsi in iisdè sacris literis non extaret, satis esset nobis affluens copia argumentorum, quibus ostendimus Spiritum Sanctum prædictum esse omnibus ijs naturæ dignitatibus, quæ Deitatis sunt propriæ.

Multi alia argumenta hæreticorum simul complexus est S. Greg. Nazianz. oratione 5. his verbis: *Quæcunque autem hic quoque humiliùs dicuntur, velut quod detur, mittatur, distribuatur, charisma etiam, donum, insufflatio, pollicitatio, intercessio, ac si quid aliud huiusmodi, ne singula commemorem, ad primam causam referri debent, vt ex quo sit, ostendatur; ac non tria principia diuisa, proindeque tres Dij admittantur.* Sed nos de his singulis rationem reddere volumus.

Est ergo primum argumentum, quòd Spiritus Sanctus detur, scilicet, quòd sit donum,

1. Argumenta hæreticorum.
1. argumentum perantiquum.

S. Athan.
Nazianz.
1. responsio, in vtroque testamento Spirit. Sanctum appellari Deum, vt ostensum est 2. responsio ex supradictis.

2.
Idem Naz.
multa argumenta hæreticorum simul complexus est.

Omnia hæc significat Sp. Sancti processionem, & missionem.

3.
Quòd Spir. S. detur seu sit donum Patris.

donum. Ad quod iam superius respon-
dimus, Deum dare se ipsum; quare nil
mirum, quod Deus dicatur donum, hoc
enim refertur ad primam causam, id est
primum principium, ut ait Nazianz. ut
ex quo sit, ostendatur, scilicet quod Spi-
ritus Sanctus sit donum Patris, à quo
procedit. Et similiter refellitur argumē-
tum alterum, quod Spiritus Sanctus mit-
tatur, sicut seruus; hoc enim impium est;
sed dicitur mitti, quia accipit potestatem,
sicut ij qui mittuntur: accipere autē po-
testatem significat processionem, ut di-
cemus lib. 6. Quod verò infundatur, seu
diffundatur, seu distribuatur, in quo vi-
detur Nazianz. alluisse ad linguarum
ignearum partitionem, & donorum di-
uisionem; maxime significat Spiritus Sā-
cti Deitatem, qui vnus cum sit, potest à
pluribus capi, & obtineri, ut supra com-
monstrauimus. De charismate, id est, vn-
ctio, dicendum Spiritum Sanctum ita
vocari, non quod oleum sit, quod est nō
minus absurdū, quā impium; sed quia
oleo factō, id est, gratia Dei nos imbuit,
& perungit. De dono autem iam dictum
est. De insufflatione dicendum est, per
spiritum corporeum ab ore Christi Do-
mini efflatum significari Spiritum diui-
num ab eo procedentem: vnde hoc quo-
que processione significat. Pollicitatio
verò, seu oppignoratio (ad hoc enim vi-
detur alludere) ita explicanda, sicut &
charisma, seu vnctio; non enim Spiritus
Sanctus est pignus, & arrhabo aureus,
aut argenteus; sed quia confert nobis
animi splendorem, & gratiam Dei, quæ
est pignus hereditatis; quia per gratiam
sumus filij; quod si filij, & hæredes. Me-
ritò igitur hæc omnia ait S. Greg. Naz.
processionem Spiritus Sancti significa-
re, quia in omnibus his significatur Spi-
ritus Sanctus, ut donum, & ut missus.

Obscurius verò est quod intercessio
Spiritus Sancti ad Patrē, significet quo-
que Processionem, ut Gregor. ait. Hæc
autem verba Pauli, quod Spiritus San-
ctus postulet pro nobis, sensum habent
planissimum apud S. Augustinum lib. 1.
contra Maximum, id est, postulare nos
facit. Explicatur enim per locum similē,
nam ipsē Apostolus qui ad Galat. 4. ait,
*Misit Deus spiritum Filij sui in corda
vestra clamantem Abba Pater.* Roman.
8. se ipsum satis exponit, *Accepistis spi-
ritum adoptionis filiorum, in quo clama*

A *mus Abba Pater.* In quo, id est, per quē;
significat enim causam: clamat ergo Spi-
ritus, & intercedit in hoc sensu, quod est
nobis causa, excitando corda nostra, ut
clamemus. Idem docet S. August. epist.
121. cap. 15. & Ioan. 3. Et de vnitae, &
Trinitate Dei cap. 3. & contra sermonē
Arianorum cap. 25. tom. 3. Videtur au-
tem non spernēda alia explicatio, quod
verbum postulandi dicatur per tropum,
ut exponere videtur S. Petrus Chryso-
log. serm. 2. de Prodigio, *Intus est in Pa-
tris pectore, ipse qui interuenit, & exo-
rat affectus.* Cum ergo Spiritus Sanctus
sit charitas Dei, & diuinus affectus, siue
dilectio, per accommodationem, ut lib.
4 dicemus, elegatē videtur dictū, quod
ipse postulat pro nobis nō precibus, sed
voluntatis propensione, & allectione:
significatur ergo etiam in ijs processio,
quatenus Spiritus Sanctus ad hoc mitti-
tur, ut postulare nos faciat; non quod ip-
se, quasi missus supplex sit ad mittētem;
nam qui omnia accepit, non superest
quod postulet; sicut & Christus secundum
Deitatis naturam non fuit supplex, sed
Dominus.

Sed Spiritum Sanctum esse creaturā
hæretici probant ex eo, quod per Verbū
dicuntur omnia facta Ioan. 1. Spiritus
Sanctus igitur, aut non est, aut factus est.
C Et Amos. 4. *Formans tonitruū, & creans
spiritum.* Sic enim legitur apud Patres
nonnullos. Ad hæc respondetur cum S.
Greg. Nazianz. oratione 5. & alijs Pa-
tribus quod omnia, quæ facta sunt per
Verbum sunt facta, & hoc significatur
verbis sequentibus, *sine ipso factum est
nihil, quod factum est.* id est, ex ijs, quæ
facta sunt, sine ipso nihil est factum. Et
hic est commentarius S. Ioannis Chry-
sostomi serm. 4. in Ioan. Cum ergo Spi-
ritus Sanctus aliàs nō legatur factus, sed
faciens, & creans; non potest dici factus
per Verbum; sicut nec Pater est factus.
Illud verò Amos Prophætæ non de Spi-
ritu Sancto, sed de vento intelligitur, ut
explicat S. Athanas. epistol. ad Serapio-
nem, Didymus, S. Cyrillus, & alij. Et ex
coniunctis probatur; coniungitur enim
tonitruum cum vento. Et confirmatur
auctoritate editionis correctæ. *Quia ec-
ce formans montes, & creans ventum.*

Deindē probant Spiritum Sanctum
non esse Deum ex illo Ioan. 16. *Non
loquetur à semetipso, sed quacūq; audiet,*
loque-

Apud Naz.
prima causa.
1. primū prin-
cipium à quo
proceditur.
2. quod mitta-
tur, seu acci-
piat potestatem
tāquam ij, qui
mittuntur.

3. quod distri-
buatur, seu in-
fundatur, ut im-
mensus, & in-
finitus.

4. Charisma
seu vnctio per
gratiam.

5. insufflatio.

6. pollicitatio,
seu oppignora-
tio ob ius ad
gloriā, & splē-
dorem animi,
per gratiam.

7. intercessio.

Verba Pauli
explicat. 1.
S. Aug.

Ad Gal. 4.

Roman. 8.

Idem S. Aug.

Explicat. 2. ele-
gantē
S. Chrysol.

Processio sig-
nificatur qua-
tenus Spir. Sā-
ct. ad hoc mit-
titur, ut postu-
lare nos faciat

3. argumētum
probans esse
creaturam.

Ioan. 1.
Amos. 4.
Locus Ioan. 1.
explicatur op-
timē ex ad-
iunctis.
Nazian.

S. Chrysoft.

Locus Amos 4.
explicatur de
vento ex con-
iunctis.
S. Athan.
Didymus.
S. Cyrillus.
Ed. correct.

4. argum. Spir.
Sanctum non
esse Deum.
Probant. 1.
Ioan. 16.

Secundò. loquetur. Et ex eo item quòd Spiritus Sanctus est tertius post Patrem; est ergo tertia natura, non diuina. Item ex illo Ephes. 4. *Nolite contristare spiritum Dei.* Qui autem tristitia afficitur, Deus non est. Item ex eo quòd non est filius naturalis; non est ergo de substantia diuina naturalitèr procedens, sed per artem diuinam; sicut homo de substantia sua solum producit filium, cætera efficit per artem. Item ex illo Ioan. 17. *Vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Vbi de Spiritu Sancto non fit mentio, sed excluditur.

Ad primò respondet S. Basilius lib. 5. contra Eunomium illis potiùs verbis significari Spiritum Sanctum esse eiusdè substantiæ cum Patre, & Filio; siquidè non potest loqui à semetipso, id est, ex scientia, quam non acceperit. Nam aliàs omnis creatura rationalis loquitur à semetipsa, id est, per scientiam, quam habet: & de Diabolo dicitur Ioan. 8. *Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur.* Est ergo concors interpretatio Patrum his verbis significari Spiritum Sanctum accipere scientiam à Patre, & Filio, vt consequentia verborum apertè indicat. Et similiter dicitur Ioan. 5. *Nò potest filius à se facere quidquam.* Quod verò aiunt Spiritum Sanctum esse ordine tertium, dicimus esse tertium ordine processionsis in eadem natura, negamus verò esse tertiam essentiam. De eo autè, quod dicitur, Spiritum Dei contristari, metaphora est; nam & Deus dicitur irasci, & ambulare; & ita dicitur quòd Spiritus ferebatur super aquas. Quod autem probant Spiritum Sanctum non procedere per naturam, quia nò est Filius lib. 2. refutabimus, explicantes, quomodò processio Spiritus Sancti substãtialis sit: fatisque est ad intelligentiam veritatis, quòd in Deo quidquid est, substãtia est: est autè Spiritus Sanctus charitas procedens; est ergo substantia, & de substãtia naturalitèr procedès. Demùm quod non excludatur Spiritus Sanctus cù dicitur, *Te solum verum Deum, &c.* docebimus, hunc locum etiam enarrantes lib. 5.

Denique cõfirmant Spiritum Sanctum esse Angelum ex Paulo 1. ad Timoth. 5. *Testor coram Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis.* Quo in numero Angelorù aiunt Spiritum Sanctum esse. Et Zacharia. 4. Respondit Angelus, qui loquebatur in me. Est autem spiritus, qui loquitur in Prophetis; ergo Angelus dicitur spiritus. Primum illud futile est: cù enim Spiritus Sanctus nunquam connumeretur Angelis, quid cogit eù illo loco Angelorum nomine indicari? Maximè cum de Spiritu Sancto singularis fiat semper mentio, vt suprà ostendimus. Neque verò oportuit fieri de Spiritu Sancto mentionem in illis verbis Pauli, sicut & in alijs locis non fit Spiritus Sancti mētio; sed aliquandò de Patre, & Spiritu Sancto; aliquandò de Patre, & Filio; aliquandò de Spiritu Sancto, & Filio sermo est. Angelum verò, qui cum Zacharia loquebatur non esse Spiritum Sanctum docet S. Athanasius ad Serapionem, quod & suprà explicauimus. Est autè phrasis Hebræorù, *Angelus qui loquebatur in me.* id est, mecum: sicut in illo Psal. 84. *Audiã quid loquatur in me Dominus Deus,* id est, audiam quid loquatur mecum Deus. Non ergo erat Angelus in Zacharia, vt suprà quoque ostendimus; nam hoc est proprium Deitatis; sed loquebatur cum Zacharia.

Argumento etiam vanissimo Macedoniani, & Eunomiani impugnabãt Spiritus Sancti diuinitatè apud S. Athanas. epistola ad Serapionem de Spir. Sancto, Aut, inquit, Spiritus Sanctus procedit à solo Patre, & erit Filius; aut à Filio, & erit quidè filij filius, & Patris nepos: aut ab utroque, & erit alter genitor, alter genitrix. Quod si non procedit de substantia Patris, neq; Filij, non est Deus. At verò lib. 2. elucidabimus processionem Spiritus Sancti non esse generationem; quare etsi ab vno, aut altero sic procederet, quemadmodum à duobus procedit, Filius non esset, sed Spiritus Sanctus, spiratus amor.

Gregorius de Valentia multis declarat verba S. Gregorij Nazianz. superiùs perperatè exrecitata 1. p. huius capituli, qui oratione 5. sapientes vocat eos, qui Spiritum Sanctum creaturam credebant: quod si Nazianzen. sapientes diceret, qui Spiritum Sancti Deitatem negãt, ipse cum eis desiperet. Explicat autem Gregor. de Valentia Nazianzenum quasi sapientes dicit, non Patres, sed viros alios doctos, qui in his errarent per ignorantiam. Sed S. Basilius lib. 2. cõtra Eunomium testatur neminem Spiritum Sanctum creaturam dixisse

Secundò. Zachar. 4. 1. probatio futilis est. Ad 2. S. Athan. Phrasis Hebr. in me. i. mecum. Psal. 84. Angelus non erat in Zacharia, nam hoc est proprium Deitatis. 9. 6. argumentum vanissimum & impudens quo vtuntur Macedoniani, & Eunomiani, Spir. Sanctus etsi ab vno aut altero procederet, quemadmodum à duobus procedit, Filius nò esset, sed Sp. Sanctus. 10. Valentia Nazianz.

7. Ad 1. respõdet S. Basil. indè probari Spir. Sanctum esse eiusdem substantiæ cù Patre, & Filio. Ioan. 8. Confirmatur responsio. Ioan. 5. Ad 2. Ad 3. Ad 4. Quòd in Deo est, substantia est. Ad 5. 8. 5. argum. Spirit. Sanct. esse Angelum. Probant. 1. 1. Timot. 5.

ria. 4. Respondit Angelus, qui loquebatur in me. Est autem spiritus, qui loquitur in Prophetis; ergo Angelus dicitur spiritus. Primum illud futile est: cù enim Spiritus Sanctus nunquam connumeretur Angelis, quid cogit eù illo loco Angelorum nomine indicari? Maximè cum de Spiritu Sancto singularis fiat semper mentio, vt suprà ostendimus. Neque verò oportuit fieri de Spiritu Sancto mentionem in illis verbis Pauli, sicut & in alijs locis non fit Spiritus Sancti mētio; sed aliquandò de Patre, & Spiritu Sancto; aliquandò de Patre, & Filio; aliquandò de Spiritu Sancto, & Filio sermo est. Angelum verò, qui cum Zacharia loquebatur non esse Spiritum Sanctum docet S. Athanasius ad Serapionem, quod & suprà explicauimus. Est autè phrasis Hebræorù, *Angelus qui loquebatur in me.* id est, mecum: sicut in illo Psal. 84. *Audiã quid loquatur in me Dominus Deus,* id est, audiam quid loquatur mecum Deus. Non ergo erat Angelus in Zacharia, vt suprà quoque ostendimus; nam hoc est proprium Deitatis; sed loquebatur cum Zacharia.

Argumento etiam vanissimo Macedoniani, & Eunomiani impugnabãt Spiritus Sancti diuinitatè apud S. Athanas. epistola ad Serapionem de Spir. Sancto, Aut, inquit, Spiritus Sanctus procedit à solo Patre, & erit Filius; aut à Filio, & erit quidè filij filius, & Patris nepos: aut ab utroque, & erit alter genitor, alter genitrix. Quod si non procedit de substantia Patris, neq; Filij, non est Deus. At verò lib. 2. elucidabimus processionem Spiritus Sancti non esse generationem; quare etsi ab vno, aut altero sic procederet, quemadmodum à duobus procedit, Filius non esset, sed Spiritus Sanctus, spiratus amor.

Gregorius de Valentia multis declarat verba S. Gregorij Nazianz. superiùs perperatè exrecitata 1. p. huius capituli, qui oratione 5. sapientes vocat eos, qui Spiritum Sanctum creaturam credebant: quod si Nazianzen. sapientes diceret, qui Spiritum Sancti Deitatem negãt, ipse cum eis desiperet. Explicat autem Gregor. de Valentia Nazianzenum quasi sapientes dicit, non Patres, sed viros alios doctos, qui in his errarent per ignorantiam. Sed S. Basilius lib. 2. cõtra Eunomium testatur neminem Spiritum Sanctum creaturam dixisse

Secundò. Zachar. 4. 1. probatio futilis est. Ad 2. S. Athan. Phrasis Hebr. in me. i. mecum. Psal. 84. Angelus non erat in Zacharia, nam hoc est proprium Deitatis. 9. 6. argumentum vanissimum & impudens quo vtuntur Macedoniani, & Eunomiani, Spir. Sanctus etsi ab vno aut altero procederet, quemadmodum à duobus procedit, Filius nò esset, sed Sp. Sanctus. 10. Valentia Nazianz.

dixisse vsque ad ætatem suam; vixit autem S. Basilius ætate S. Greg. Nazianz. cuius vsus est colloquiõ: non ergo potuit Nazianz. referre suæ ætatis sapientes ea ignorantia delusos, seu potius heresi maculatos: neque Nazianz. eos sapientes appellasset, & sapientes nostros; quod est nomẽ eos cohonestãtis. Aperta est ironia in verbis Nazianzeni; & nostros dicit hæreticos irridens, quia, secundum verbum Ioannis, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.

CAPVT XXIV.

Deus est ens simplicissimum.

CVM ex sacris literis, & Ecclesiæ testimonio probauerimus esse in Deitate personarum distinctionem; superest vt modum explanemus, quo ratio naturalis cum fidei assertione non pugnet. Et cum hanc difficultatẽ pluribus libris explicaturi simus, in partes plures totã hanc materiã dispartientes: hoc loco de ea difficultate, quæ primò se se offert circa Deitatẽ Spiritus Sancti, disseremus. Quomodò scilicet essentia vna, eadẽque simplicissima, quæ est Deitas, in tribus personis distinctis possit, salua vnitãte, & simplicitate sua, consistere? sicut enim vnitas repugnat multitudini, ita & ea parte repugnat multitudini simplicitas in rebus creatis: plura enim non possunt conficere vnum sine aliqua compositione. Prius ergo de simplicitate Deitatis; tunc verò de vnitãte illius agendum est; & ad vltimum quo pacto numerus personarum cum simplicitate, & vnitãte Deitatis concordet. Disputaturi autem primò de simplicitate Deitatis caput diuidimus in partes quatuor.

Prima pars. *Diuina quidditas omnis compositionis est ex pers.*

Secunda. *Deus non est compositus ex genere, & differentia; et si ea compositio non sit realis.*

Tertia. *Deus non est compositus ex quidditate, & habente quidditatem.*

Quarta. *Simplicitas nõ est perfectio rei, sed quãdam negatio.*

PRIMA PARS.

Diuina quidditas omnis compositionis est ex pers.

IGitur à Dei Optimi simplicitate dicitur exordiũ, Deũ ipsum simplicissimũ ens cõcedere necesse est, ita vt nullã

A omninò compositionẽ admittat. Et quidem quòd excludat omninò cõpositionem realem, quæ cernitur in re ipsa, probatur imprimis ex eo, quòd Deus est primum ens, & causa prima; nam compositum est quid consequens ad cõpositionẽ partium, & causatũ ab eis; id autẽ quod consequitur, & causatũ est, posterius est: ergo ens primum non est compositum; quia esset posterius, & non primum; & esset effectus, & non causa prima.

B Secũdò probatur, quia Deus est ens omninò necessariũ; nã quẽ nõ necessariò sũt, possũt esse, & nõ esse: cũ ergo à se nõ potius habeãt esse, quã nõ esse, necessarium est dicere, quòd ab aliõ sũt, sc. à Deo; illud autẽ, à quo sũt omnia, simplicitẽr est necessariò, & nõ potest nõ esse. Tũc sic arguo. Deus, qui est ens necessarium, est (vt ais) cõpositũ? ergo est cõpositũ ex necessarijs, aut cõtingẽtibus: si ex necessarijs; ergo ipsũ cõpositũ nõ est per se necessariũ, sed per sua cõponentia: & probatur manifestẽ, quoniã sublatis necessarijs cõponẽtibus tolleretur ipsũ cõpositũ. Si verò hoc cõpositũ, quod est necessariũ, cõstet ex cõtingẽtibus: ergo cõtingens est causa necessarij, quod est impossibile: sicut enim in consequẽtijs antecedẽs cõtingẽs nõ potest inferre necessariũ cõsequẽs; ita neque ex causa cõtingẽti potest esse ens necessarium. Si verò dicas quod altera pars cõponens est necessaria, sanẽ illa erit primũ ens, & necessariũ, nõ verò cõpositũ ipsum, quod ab illa causatũ est.

C Cõfirmatur argumẽtũ auctoritate S. Anselmi c. 16. Monolog. *Quid ergò, si sũma illa natura tot bona est, erit nõ composita tot pluribus bonis? An potius non sunt plura bona; sed vnũ bonum tam pluribus significatum?* Omne enim compositũ, vt subsistat, indiget his, ex quibus componitur: & illis debet quidem, quod est; quia quidquid est per illa est: ergo primum ens, quod est necessarium, & non est per alia, compositum non est.

D Tertiò probatur ex eo, quod Deus est primũ agens: nam omne compositũ habet causã sui efficientẽ: compositũ enim ex pluribus cõstat, siue partib⁹, siue entitatibus (vt aiũt) siue gradibus entis: plura autẽ, secundũ quod plura sũt, non cõiunguntur: ergo indigent aliquo agente, quo cõiungãtur: ergo si Deus est quid cõpositũ, habet causam sui efficientẽ, quod de primo agente non potest intelligi.

Conclusio.
Deus omninò excludit compositionẽ realem, & argumentũ.

Quod est cõpositũ est posterius, & effectus.

2. argum.
Quæ non necessariò sũnt, ab alio sint necesse est.

Illud à quo sũt omnia, simplicitẽr, & per se est necessariũ esse.

Confirm.
S. Anselmũ

Id quod est cõpositum, quidquid est, per illa est, ex quibus componitur.

3. argum.

Quæ secundũ se plura sũnt non vniũtur, nisi per aliquã causam adunantem ipsa.

Germana explicatio Nazianzeni.

Simplicitas repugnat multitudini in rebus creatis.

Nazianz.
Quod est ca-
pax composi-
tionis, seu di-
uisionis, est ca-
pax actionis,
& passionis.

Confirmatur.

Quod secun-
dum se totum
est commune
principiū, seu
mouens est to-
tū vnus actus
simplex.

4.
4 argum.
In Deo nō est
potentia passi-
ua.
Probarur. 1.
Secundō

Cōfirmatur. 3.

Quartō.
In forma ni-
hil est aliēū,
seu quod non
sit ipsa forma.
Omne cōpo-
situm est ex
potentia passi-
ua, & actu.
Probarur.

Vndē rectē S. Greg. Nazianz. oratione 1. de Theologia. *Nā quod simplex est, vnius forma est, numeriq; expers: quod autē in numeros cadit, scindi necesse est, etiā si numeris non subiiciatur: quod verō scinditur, passioni utiq; obnoxium est, sectio enim passio est.* Cuius consequentiæ hæc est efficacia, vt probet ad omnem cōpositionem actionē, & passionē conuenire. Nam essentia, quæ est diuisa in partes, ab aliquo agente habet partiū diuisionem, sicut & vnitatē totius. Cōfirmatur, quia si Deus est primum agēs; ergo agit se toto, nam primū agens cū agat in omnia, non potest habere partē non mouentē, quia secūdū illā esset determinatū; quod autē determinatū est, non est commune principiū; nam cōmune, & determinatū opponūtur. Itē secundum partē, qua nō mouet, potest moueri, quod repugnat primō mouēti. Si autē mouet secundū se totum, non est compositum: nam vnumquodque est mouens per actū, & in quātum est actus: ergo totum est actus: ergo est vnus actus simplex; nam ex duobus in actu non fit realis compositio.

Quartō probatur ex eo, quod in Deo nō possumus cogitare potentiā passiua, seu receptricem: nam hæc respicit agens externū, sed primum agens non patitur ab agente alio, ergo non habet potentiā passiua. Tum etiā, quia quod habet potentiā passiua, potest nō esse, sicut potest esse; ex eo enim quod habet potētiā, vt sit, habet etiā vt non sit; quia si habet potētiā vt sit, nō est à se, sed ab alio; quod autē ab alio potest esse, potest etiā non esse. Et confirmatur, quia secundum potentiā passiua est aliquid mutabile, mutatio autē pergit ad non esse. Itē quia Deus totus est actus cū sit primū agens, actus autē non admittit potentiā passiua in se ipso, quia in forma nihil est alienum. Tunc sic proceditur, omne compositum est ex potentia passiua, & actu; in Deo non est potētia passiua; ergo neque compositio. Probarur assumptum, quoniā cōponentia habent inter se ordinē, aliās non fieret ex ijs vnū, is autē est ordo naturæ, vt altera pars cōponens, scilicet potētia, sit quoddam receptaculū, & appetat formam, seu actum quo perficiatur; & alia pars compositionis, scilicet forma, sine actus, exigit potētiā, in qua recipiatur, quia si actus est per se, & non receptus in aliquo, non potest venire in

A cōpositionē: rursūm, potētia si per se haberet illā perfectionē, quā recipit ab actu, nō veniret in cōpositionem cum illo. Omnis ergo compositio inuenitur in aliqua potētia passiua, quæ in Deo nulla est.

Quintō probatur ex perfectione Dei. Deus enim est quid perfectissimū: at verō sicut totū est maius suis partibus; ita compositū est melius suis partibus; nam maius in essentia melius est, vt ait S. August. lib. 6. de Trinit. cap. 7. *In ijs, quæ nō mole magna sunt, hoc est maius esse, quod melius esse.* Ergo quælibet pars non est Deus, quia pars est minus bona: quod autem est minus bonum Deo, nō est Deus. Tunc vltra, compositum nihil aliud est,

B quā partes componentes, & ipsa ratio compositionis: ergo cū partes Dei nō sint illud perfectissimum, quod est Deus; neque ipsa compositio sit illud perfectissimum; nam compositio est ordo partiū, quæ etiam exclusis partibus non cōstat; sanē id, quod est illud perfectissimum, quod dicimus Deum, nō est compositū. Hoc est argumētū S. Hilar. 7. de Trinit. *Non ex compositis Deus, qui vita est, subsistit; neq; qui virtus est, ex infirmis cōtinetur; neq; qui spiritus est, ex disparibus formis est; totum quod in eo est, vnum est.*

C Quod argumētū dilatari adhuc potest, vt Deū ostendamus nō esse compositū, quia esset cōpositio ex disparibus, siquidē partes nō perueniūt ad perfectionem totius: imō partes essēt res create, siquidem non essent Deitas ipsa; minimē autem possent conferre res create, & infirmæ ad hoc, vt conflarent quoddam cōpositum increatum, & infinitæ virtutis.

Sextō probatur ex dicto Boetij de Trinitate. *Illud verē vnum est, in quo nullus est numerus:* sed vbi est compositio, est numerus partium componentium. Et idem confirmatur ex verbis S. Gregor. Naz. recitatis. *Quod simplex est, vnius forma est, numeriq; expers:* sed Deus est maximē vnus, ergo maximē simplex: quod si cōpositus est ab vnitatē recedit.

D Et explicatur hoc: nam Deus non cōponitur ex materia, & forma, quia non est corpus; neque ex substantia, & accidente, quia nō est mutabilis; neque ex essentia, & esse, quia ipsum esse est essentia diuina, vt lib. 4. ostendemus. Si autem cōponitur ex substantijs, & essentijs distinctis, & infinitis, iam sunt plures Deitates, & non Deus vnus.

5.
5. argum.
S. Aug.
Partes cōpo-
nentes & ipsa
compositio ef-
ferent minus bo-
nū quā Deus,
qui esset totū
compositum.

S. Hilar.

Imō essent res
create & finitæ.

6.
6. argum.
Deus est verē
vnum.
Boetius.

Confirm.
Nazianz.

Excluduntur
genera cōpo-
sitionum.
Primum.
Secundum.
Tertium.

Quartum ex
essentijs infi-
nitatis.

Septimō

7. argum.
Non est compositum ex infinitis.
Nō ex finitis.
Non ex altera parte in finita.

Si tempus fuisset æternū annus esset maius die secundū continuationem, non secundum numerum.

Actu infinitū maius infinito in eodē genere intelligi non potest.

8. argum.
Deus secundū se totum est ipsa quidditas sua.
Argumentum hoc indicat
S. August.

Idē S. Aug.

9.

10.
Pro conclusione Patres.
S. Dionys.
S. Iustinus.
S. Iren.
Clem. Alex.
Origen.

Septimò. Infinitū si cōponitur ex infinitis, est maius infinitis, quod est contra rationē infiniti: si ex finitis, finitū est; nā vtraque pars est finita; ergo si vnū alteri addas, finitū totū est: si verò sola altera pars infinita est, rursū infinito fieret additio, scilicet parti infinitæ per partē finitā; & ipsum totū, quod est infinitū esset maius infinito, quod est pars sui. Neq; est eadē ratio de infinitis diebus, & annis, si tēpus fuisset æternū; quia annus re vera esset maius sua parte, sc. die, secundū cōtinationē; sed secundū numerū, qui est quātitas discreta, annus nō esset maioris numeri, quā dies, quia anni essent innumeri, & dies; plures tamē essent dies, quam anni referendo dies ad annos, vt partes anni; sed non, vt partes numeri: & hoc ipsum iudicamus impossibile. At verò quod ens actu infinitū sit maius infinito in eodem genere infiniti, non potest intelligi; non ergo infinitum ens quoad essentiam componitur ex infinito ente, neque etiam ex finito, vt ostendimus; ergo nullo modo est compositum.

Vltimò probatur, quia Deus est ipsa quidditas sua, vt statim ostēdemus; ergo quidquid est in Deo est quidditas; ergo quidquid est in Deo est vnū: nā quidditas rei vna est. Vis huius argumēti ostendetur 2. parte capituli; & est argumentum à S. Aug. indicatū lib. 11. de Ciuit. Dei c. 10. *Ideo simplex dicitur, quoniā quod habet, hoc est.* Ex eo ergo, quod omnis res, quam Deus habet, est ipse Deus habens, sequitur quod omnis illa res vna res est, scilicet Deus ipse. Et clariùs lib. 15. c. 5. *Itaq; cū dicitur viuens, & intelligēs, hoc ipsum dicitur; nō enim percipit sapiētia, qua sit sapiens, sed ipse est sapiētia.* Aliās si sapientiam perciperet, vita eius non esset sapientia, sed essent distincta.

His, & alijs argumētis euidentibus probatur in Deo nullā esse compositionem, neque ex partibus physicis; neque integritibus; neque ex substātia, & accidēte; neque ex supposito, natura, & existētia; omnis enim realis compositio siue per se, siue per accidens, quæ in Deo fingi quoquo modo potest, argumentis superioribus facilē, & euidenter refutatur.

Confirmatio.

Probatum itē hęc veritas ex Patribus. S. Dionys. de diuinis nominib. c. 2. S. Iustin. testatur q. 144. S. Iren. lib. 2. c. 16. Clem. Alex. 1. Pedagogi c. 8. Origen.

A homil. 3. in Gen. S. Basil. lib. 1. cōtra Eunuomiū, S. Greg. Nissen. de anima, & resurrectione, S. Greg. Naz. de diuinitate ad Euagriū, S. Athan. cōtra idola ad Marchariū, S. Cyril. 1. Thesauri c. 8. S. Ioan. Damasc. 1. fidei Orthod. c. 12. S. Aug. lib. 6. de Trinit. c. 6. & 7. & de cognitione veræ vitæ c. 7. & aliās sapiūs, S. Hilar. 7. & 8. de Trinit. S. Gregor. libr. 16. Moral. c. 21. S. Fulgent. de fide ad Petrū, S. Isidor. lib. 1. de sūmo bono c. 1. Boetius de Trinit. S. Anselm. Monolog. c. 16. Et deniq; S. Bernard. lib. 5. de consider. ad Eugen. vbi dilucidē hanc veritatē ostēdit dicēs, *Multa dicuntur esse in Deo, & quidem sancte, Cathalicē, sed multa vnum; alioquin si diuersā putemus, non quaternitatem habueris, sed centenitatem.* Quasi diceret Deitatē si à personis distingueretur quaternionē reddere; attributa verò diuina cum in magno numero sint, magnū numerum rerū redditura esse, nisi omnia illa sint vnum: Clemens verò Alex. lib. 1. Stromatum rectē ait nomen Apollinis quadrare in Deum ex ipsa notione, quia Apollo dicatur quasi sine multis propter simplicitatem. Et hęc est concors Patrum sententia, quod Deitas sit simplicissima, & quod omnia attributa Deitatis vna omninō res sit, non plures res.

Confirmatur insuper eadem veritas definitione Ecclesie in Cōc. Lateranēsi, & refertur c. *Firmiter*, de sūma Trinit. Adhuc probatur à loco extraneo, scilicet, ex Philosophorū sententijs, nā Arist. lib. 12. Metaph. tex. 77. ait, quod intelligere Dei est ipsum esse Dei. Et Aug. Eugubin. de perēni Philosophia c. 10. refert ex Mercurio Trismegisto, & Epicūto naturā Dei esse ipsam sapiētia, &c. Est verò insignis locus Alcinoi Platonici, *Deus ipse supremus, æternus, ineffabilis, se ipso perfectus, nullius rei indigus; diuinitas, essentia, ratio, veritas, harmonia, bonum existit: neq; verò hæc ita denumero, vt inter se ipsa disiungam, imò vt vnū potius cūcta cōsidero.* Hęc legūtur in lib. S. August. 8. de Ciuit. Dei c. 6. à Ludou. Viuis è Græco traducta; Cicero etiā in Tuscul. & de natura Deorū Deum esse ait segregatū ab omni concretionē. At verò Zenon apud Clementē lib. 5. Stromat. imagines prohibebat cōfici in lib. de Repub. eò quod nihil cōpositum Dijs dignū esse asserbat, adeò censuit à natura Deitatis remotam esse compositionem. Vide

S. Basil.
S. Nyssen.
Nazianz.
S. Athan.
S. Cyrilus.
S. Damasc.
S. Aug.
S. Hilar.
S. Gregor.
S. Fulgent.
S. Isidor.
Boetius.
S. Anselm.
S. Bernard.
Clem. Alex.
Appollo quasi sine multis.

11.
Pro eadem cōclusionē
Cōc. Later.
Cap. *Firmiter*.
Pro eadē Philosophi
Aristot.
Apud Eugub.
Trismegist.
Epicūto.
Insignitèr
Alcinous
apud S. August.
Cicero.
Zenon apud
Clement.

Plutare.
Philo.
Capreol.

Plutarchum de placitis, & Philonē cap. de Deo. Alios Philosophos recēset Ioānes Capreol. in 1. d. 8. q. 4. ar. 1. concl. 1.

SECUNDA PARS.

Deus non est compositus ex genere, & differentia, etsi ea compositio non sit realis.

1.

Dicendum quoque est Deum nō esse quid compositum ex genere, & differentia. Sed necesse est hoc loco addiscentem monitum esse, ne ideō existimet Deitatem nō esse compositā ex genere, & differentia, quia hęc cōpositio sit realis in re ipsa inuenta, vt aliqui falsō existimant. Neque enim dubium esse debet, si quis animum aduertat, quōd informis simplicib⁹, vt est color, albedo, nulla sit in re ipsa cōpositio ex natura generis, & differentia; seu ex re quę est genus, & re quę est differentia; sed quōd hęc sola ratione distinguātur, & cōponantur. Nam cōpositio vera, & realis, quęcunq; ea sit, ex pluribus rebus coalescit; ergo oportet vt in re ipsa existant plura illa, aliquatenus re ipsa distincta, ex quibus albedo componatur, scilicet, vt in ipsa albedine alia res sit color, & alia res differentia albedinis, verbi gratia, disgregatiuū visus, ita vt illa natura generis, & hęc differentia sint res daę aliqualitē distincta; quod neque, vt fingas, licet. Ideōq; formę simplices dicūtur ab omnibus, quia essentia earū non constat partibus componētibus. Et idē necesse est de Angelis affirmare, aliās si in re ipsa natura generis existit aliqualitē distincta ā differentia, nō sunt formę simplices, sed cōpositę essentia ex duabus partibus essentialibus, quarū altera pertineat ad genus, altera ad differentia; & ita incidendū est in errorem Auicibronis, qui Angelos assererat constare ex materia, & forma, non materia corporea, sed incorporea, quę esset natura generis. Et in accidentibus res est non minus perspicua, vt exemplo albedinis proposito ostendimus.

Error Auicibronis, angelos constare ex forma, & materia incorporea quę esset natura generis.

2. Sententia generis, & differentia formalitē in re ipsa distinguēs in formis simplicibus, inexplicabilis.

3.

Non est ergo probanda plurimorum sententia, qui eunt in cōmunem errorē, & aiunt naturam generis & differentiam formalitē distingui, & compositionem in re ipsa facere; quam tamen nullus eorum, quem legerim, hactenus explicauit; sed neque poterit explicare in formis simplicibus, & accidentibus.

De substātijs autem physicē compo-

A sitis, v. g. de viuētib⁹ materialibus lōgē diuersa est ratio; cum enim consistat corpore, & anima, siue materia, & forma; si natura generis ea dicatur, ā qua sumitur, & natura differentia ea, ā qua sumitur differentia, haud dubium est hęc inter se re ipsa distingui, & ex ipsis viuēs compositum esse; ā corpore enim genus sumitur, & differentia ab anima: corpus autem, & animam re ipsa distingui certum est, & in compositione congregari, & coniungi, vt lib. 4. disputabimus.

B Si autem per naturam generis, & differentia, nihil aliud intelligas, nisi res ipsas, quę sunt genera, & differentia; certū etiam est, ea sola ratione distingui etiam in viuētib⁹, scilicet corpus, & animatum, viuens, & sensitium.

C Si verō (quod est tertium) per hęc nomina intelligas ipsos gradus essentialē in metaphysica, siue physica consideratione, scilicet, esse corporeū, esse animatum, qui gradus in via peripatetica, & in schola S. Thomę sūt effectus simul vnius formę, v. g. in homine omnes hi gradus essentialē sunt ab vna anima; cōtrouersia maxima est, an distinguantur re ipsa, aut sola differāt ratione? quę disputatio, quia longa est, neque ad hęc, quę tractamus, necessaria, pretermittitur hoc loco, vt cōmodiori tractetur lib. 4. Sed tamen quod ad rē est, si distinctio in re ipsa est, compositio realis est; sin verō non est distinctio in re, neque cōpositio vlla realis est, sed solius rationis, vt docuimus.

D Ex quibus tandem colligimus, cōpositionem generis, & differentia non esse realē, sed rationis duntaxat, etiam in viuētib⁹; nam genus, & differentia dicimus res ipsas, quę sunt genus, & differentia, vt corpus, & animatum, viuens, & sensitium. Et ideō asserimus, rectē quidē, scitēq; negari ā Doctoribus, & Patribus compositionem generis, & differentia in Deo; sed nō ideō, quod hęc compositio realis sit, vt aliquibus placet; cum eā cōpositionem non esse realē ostēderimus; tum maximē, quia, etsi per genus, & differentiam intelligas naturam generis, & naturam differentia, hoc est, eas partes, seu gradus entis, ā quibus sumuntur genus, & differentia; etiā in eo sensu explicatum ā nobis est, non inueniri hęc re ipsa distincta, nisi in solis substātijs corporeis, v. g. in viuētib⁹ materialibus: non autem in formis simplicibus.

In compositis physicis certū est ea, ā quibus sumuntur genus, & differentia, re ipsa distingui.

4.

Certum res ipsas quę sūt genera, & differentia etiā in iisdem compositis sola ratione distingui.

5.

De gradibus essentialibus in Metaphysica, siue physica cōpositione, qui in schola S. Thomę sunt effectus vnius formę, maxima cōtrouersia est.

6.

Compositio generis, & differentia, hoc est, rerū, quę sunt genus, & differentia, est rationis.

Igitur

7. Repugnat Deo non quod sit realis compositio.

Igitur quod attinet ad simplicitatem Deitatis, sicut Angelus est simplex forma, & tamen constat genere, & differentia absque vlla compositione reali, quæ ex genere, & differentia concresecat, & constat; ita & Deus posset constare ex genere, & differentia, minimè ex his compositus reali compositione. Verum est quod ob alias rationes hæc compositio generis, & differentie Deo non quadrat, vt dicemus libr. 4. quãuis sit compositio rationis, non realis. Et hoc obseruat S. Thomas in 1. d. 25. q. 1. art. 1. ad 2. vbi docet in rebus compositis genus, & differentiam accipi à partibus distinctis; non tamen in rebus simplicibus, in quibus affirmat compositionem definitionis, quæ sanè est ex genere, & differentia, non reduci ad compositionem rei, sed rationis.

S. Thom.

8. Idem.

At verò ipse S. Autor 1. p. q. 7. cum de simplicitate Dei disputaret, quæstionem inferuit art. 5. An Deus sit in genere? & art. 7. probat Deum esse omninò simplicem, ex eo etiam, quod non constet genere, & differentia. Non tamen ideò docet compositionem realem hæc esse; sed quia est cum alia compositione reali necessariò connexa, à simplicitate Dei reijcienda est: nam ea quæ constant genere, & differentia, composita etiam sunt ex natura, & existentia, & accidētibus, reali compositione, vt libr. 4. ostendemus.

Repugnat Deo quia est connexa cum compositione reali ex natura, & existentia, & accidētibus.

TERTIA PARS.

Deus non est compositus ex quidditate, & habente quidditatem.

1. Deus non est compositus ex quidditate, & habente quidditatem. Probat optimè S. Aug.

QVOD autem Deus non sit compositus ex quidditate, & ex eo, quod habeat quidditatem, ita vt ex Deo, & quidditate non sit Deus compositus, nulla ratione meliùs probatur, quàm ea, quæ affert S. August. libr. 5. de Trinitate c. 10. In rebus, inquit, quæ participatione magnitudinis magnæ sunt, quibus est aliud esse, aliud magna esse, sicut magna domus, & magnus mons, & magnus animus; in his ergo rebus aliud est magnitudo, aliud quod ab ea magnitudine magnū est, &c. subiungit, Deus autem non ea magnitudine magnus est, quæ non est quod ipse, vt quasi particeps eius sit Deus, cū magnus est; alioquin illa erit maior magnitudo, quàm Deus; Deo autē nō est aliquid maius;

A ea igitur magnitudine magnus est, quæ ipse est eadem magnitudo. Quibus verbis omne argumentū huius veritatis continetur. Illud autē est perspicuū quod Deus non est magnus per participationē magnitudinis; ergo est ipsa magnitudo: sicut ferrū dicitur ignitū, quia participat ignem, & nō est ignis: sed Deus nō participat magnitudinē, sed habet totā magnitudinē; & ideò ipse est magnitudo: quo exēplo ignis S. Thom. vtitur 1. lib. cōtra gent. c. 22. ad hoc ipsum probandū. Efficiaciùs ergo arguitur, quod si Deus esset magnus per magnitudinē, quæ non esset Deus ipse, magnitudo illa esset maior Deo, siquidē tribueret Deo esse magnū:

1. probatio ex verbis S. Aug. perspicua. Exemplum ignis.

S. Thom. 2. probatio efficacior.

B causa autem præstantior est effectū; ergo Deus per se ipsum est magnus, & nō per magnitudinē, quæ sit aliquid distinctū à Deo; sed ea magnitudine magnū est, quæ ipse est magnitudo, id est, quæ ipse ita nominatur magnus, vt sit ipsa magnitudo, quæ magnus est. Vnde S. Bernard. de cōsideratione ad Eugenium libr. 5. c. 7. doctè ait: Ipse sibi forma, ipse sibi essentia est. scilicet vt nihil habeat in se, nisi se ipsū; seu, vt vtat verbis S. Bernardi ibidem, Nihil in se, nisi se habet, aliàs haberet in se aliquid melius se, à quo scilicet haberet esse, aut sapientem esse, &c. Ex quo aliud educitur argumentū; haberet enim Deus causam sui, nam forma est causa formalis, & habet effectum in eo, in quo est; & hoc habet ab agente extrinsecō: itaque humanitas, quæ est forma totius, etiam suo modo effectum habet; nam esse hominem est effectus humanitatis. Et hoc item impugnatur argumentis supra positis, quod Deus non sit compositus; nam hæc compositio naturæ, & suppositi, siue naturæ, & habentis naturam, necessariò habet causam intrinsecam, & extrinsecam, vt libr. 4. docebimus.

S. Bernardus

C Altiùs verò penetrasse videtur S. Augustinus ad huius veritatis fundamenta, dum ait: In his in quibus est aliud esse, & aliud magnum esse; est quoq; aliud magnum esse, & ipsa magnitudo, quæ magnū aliquid est. Est ergo sūma argumēti hæc, In Deo magnitudo, & existentia idem est; ergo Deus, & magnitudo est idem. Cuius consequentiæ ratio est, quoniam si magnitudo est ipsa existentia, ita vt non recipiat existentiam, sed sit existentia; neque is, qui magnus est, recipiet magnitudinē, sed erit ipsa magnitudo.

3. probatio.

Compositio naturæ, & suppositi necessariò habet causam intrinsecam, & etiam extrinsecam.

2. S. August. 4. probat fundamentalitèr.

Summa quartæ probationis. Ratio quasi à priori consequentiæ.

S. Thom.
Similitèr pro-
bat infinitam
Deitatis perfe-
ctionem ex ef-
se non recepto

4. probatio pro-
ponitur expli-
catius.

3.
D. August.
alibi probat
eodem arguè-
di modo, sed à
priori, identi-
tatem diuino-
rū ex nō recep-
tione eorum.

In 4. probatio
ne ex eo quòd
omnia quæ De-
us habet sunt
idem, ostendi-
tur quasi à pos-
teriori, quòd
est omnia, quæ
habet, neque
habet esse rece-
ptum.

Idè S. Aug.

S. Anselm.

4.
S. Thom.
Ratio cur sæ-
pius affirmat
formas separa-
tas à materia,
non distingui
à supposito.
Distinguuntur
tamen ab esse,
quod proinde
habet receptū.

Non dissimilitèr S. Thomas 1. p. q. 7. art. 1. probat Deitatis perfectionē; quia esse non receptum est esse infinitum; perfectio autem est secundum esse, atque adeò infinitum esse, infinita perfectio. Sed, vt redeamus ad argumentum, ex eo quòd esse, & essentia sunt idem, consequitur quòd esse non sit receptum; atque vltimò consequitur, quòd qui habet esse, sit ipsum esse; & qui habet essentiam, sit ipsa essentia; & qui habet sapientiam, sit ipsa sapientia; quod est intentum in argumento S. Augustini. Est ergò Deus Deitas, & sapientia, & esse.

Eodem argumèto vtitur idem S. Augustinus lib. 15. de Trinitat. cap. 5. vbi probat ex eo esse idem vitam, & sapientiam in Deo, quia non recipit sapientiā, sed ipse est sapientia. At verò quoniam hoc consequēs cum antecedente recurrit; conversa consequentia, ex eo quòd vita, & sapientia sunt idem, probatur etiam, quòd ipse non recipit vitam, & sapientiam, sed est vita, & sapientia. Sed illud argumentum est quasi à priori; ex eo enim, quòd in Deo nihil est receptū, sed ipse est quidquid est, omnia in Deo sunt idem. Modò verò arguimus quasi à posteriori, ex eo quòd omnia, quæ Deus habet, sunt idem, ostendimus, quòd Deus est ipsa omnia, quæ habet. Quòd autem omnia, quæ Deus habet, sint idem probauimus 1. p. huius capituli, quia id erat clarius, vt à clarioribus argumentū procederet. Et hoc eodem argumèto vtitur etiam S. Augustinus libr. 8. de Trinitate cap. 3. vbi probat Deum esse summum bonum, quia non est bonus alio bono, seu participatione boni; & piè, elegantèrque philosophatur Et S. Anselmus Monolog. cap. 15. idem probat de Deitate, quòd ipsa est iusta, quia est iustitia; nam aliàs iustitia esset melior, quàm Deitas, si Deitas esset iusta per iustitiam, quasi per aliud, & non esset ipsa iustitia.

Ex his ergo intelliges rationē, ob quā S. Thomas sæpius affirmat formas separatas à materia non distingui à supposito, scilicèt, quia ex eo quòd sunt separata à materia, non recipiuntur in aliquo. Et ideò suppositum quod habet formā, est ipsa forma; quod lib. 4. explicabimus. Sed tamen quia illa forma distinguitur ab esse, habet esse receptum, & accidentia; & ideò in Angelis suppositum quod habet esse, non est ipsum esse, & est

A sapiens, sed non est sapiētia. Oportebat autem ostendere, quòd essentia Dei sit ipsum esse, quod est assumptum in hoc argumento, ad confirmandū quòd Deus sit ipsa essentia; sed ad librum 4. hoc seruamus. Nam & id est satis euidens, & argumētis primæ partis huius capituli probatum, cum in essentia Dei non sit distinctio.

B Ex eo autem quòd Deus est ipsa Deitas, & ipsa sapientia, & ipsum esse, certò colligitur hæc nomina in abstracto prædicari de Deo, vt Patres etiam statim commemorandi sunt testes. Quidam verò, etsi hoc non inficiuntur, affirmant tamen, quòd si Deus definiretur definitione quidditatiua, Deitas non diceretur de illo in abstracto. Quod mirum sanè est: nam quomodocunque definiretur sanè definiretur nominibus, & notionibus hominum; in quibus omnibus est ingenitus iste modus intelligendi: definitio enim non est Dei visio, sed est quædā operatio intelligibilis nominibus pluribus, conceptibusque concreta: ergo cū idem modus intelligendi in definitione illa quidditatiua esset futurus; eodē modo diceretur Deitas de Deo propter simplicitatem, vt ostensam est. Præterea ipsum prædicatum, Deitas, significat Deū per modum rei simplicis, & subsistentis, qui est Deo conueniens nostro intelligendi modo; ergo etsi conceptu clariori cōtemplarer Deum citra visionem, de ipso sic cognito rectè prædicarem esse Deum verum, & veram Deitatem; siquidem nomina hæc rei ipsi non dissonant. Quare hæc nouitas pugnat cū doctrina Patrū.

Confirmatio.

D Habet hæc veritas suam probationem ex sacris literis Ioan. 14. *Ego sum via, & veritas, & vita.* Et cap. 6. *Ego sum resurrectio, & vita.* Et 1. Ioan. 5. *Hic est verus Deus, & vita æterna.* Ergo Deus is qui habet vitam, & vita idem omninò sunt; ergo in compositionem non veniunt.

Adhuc confirmatur ex Patribus supra 1. parte capituli, citatis. Quod probè etiam docet Boetius de Trinitate lib. 1. cap. 7. & S. Bernard. in Cantica serm. 80. vbi sententiam Boetij contra Ioaachimū defendit: & de consideratione ad Eugenium lib. 5. c. 7. vbi significat aduersarios conce-

5.
Etiam si Deus
definiretur de
finitione quid-
datiua, Deitas
diceretur
de illo in abs-
tracto.
Probarur. 1.

Probatur. 2.
Nouitas con-
traria pugnat
cum doctrina
Patrum.

6.
5. confirmatur
conclusio ex
scriptura.
Ioan. 14. & 6.
1. Ioan. 5.

7.
6. ex Patribus.
Boet.
S. Bernard.

concedere simplicitatem essentiae ita, quod omnia attributa sint vnum; sed inter essentiam, & personas distinctionem ponere, seu inter essentiam, & Deum, qui habet essentiam, *Quid, inquit, negas Deum habere diuinitatem? Non, sed quod habet, hoc est.* Vbi recte respondet argumento opposito aduersarios redarguens: non enim nos negamus modum loquendi consuetum, & nostro modo intelligendi similem, scilicet, quod Deus habet Deitatem; sed negamus Deum, & Deitatem res esse distinctas; nam re ipsa Deus, quod habet hoc est. Et infra. *Afferitis, inquit, ergo et si non multiplicem, duplicem Deum; & non ad merum simplex peruenistis.* Vbi recte etiam docet non solum maiorem numerum attributorum, sed neque binarium oportere constituitur, quasi Deus, & Deitas sit binarius rerum, & duplex Deus, scilicet compositus ex duabus rebus.

Hac vero S. Bernardi sententia discretissima, fuit antiquitus S. Iustini q. 144. scilicet quod in Deo idem sit esse, quod est habere, nam & habet sapientiam, & est sapientia. Et Patrum omnium calculis idem probatur, S. Dionys. cap. 4. de diuinis nominibus, S. Athanas. oratione contra idola, S. Hilar. lib. 8. de Trinitate. S. August. lib. 5. de Trinitate cap. 10. & lib. 6. cap. 4. & lib. 8. de Ciuitate Dei c. 6. & de moribus Manich. cap. 1. S. Fulgent. lib. 2. ad Trasimundum, Sanct. Isidor. lib. de summo bono cap. 1. & 7. S. Gregor. 16. Moralium cap. 21. & Richard. lib. 1. de Trinitate cap. 17. Marius vero Vict. lib. 1. contra Arium cum dixisset Filium habere id, quod Patris est, religione quadam perstrictus correxit. *Ipsam, inquit, habet, secundum intellectum accipite, non enim habet, sed ipsum est, quasi dicat non habet vitam a se ipso distinctam, sed est ipsa vita; & iterum, habere non quasi aliud aliud, sed ipsum est; sed in intellectu ista diximus.* Solo ergo intellectu distinguimus habentem, & id, quod habetur.

Probatur praeterea eadem veritas ex Concilio Lateranensi supra citato, ubi definitur in Deo esse summam simplicitatem. Speciatim vero definitum est in Concilio Rhemenensi contra Abbatem Ioa- chimum, ut refert S. Bernardus serm. 80. in Cantica. Vnde euulgatum est illud inter Catholicos, quod in Deo non est qua-

ternio, scilicet, ex tribus personis, & Deitate res quarta superaddita, & conflata; sed est ternio personarum in unitate essentiae absque omni compositione; ergo id quod est Deus, & Deitas omnino idem sunt.

Hoc idem docuit non obscure Aristoteles lib. 12. Metaph. text. 39. *Quare, inquit, vita, & duratio continua, & aeterna existit in Deo; hoc enim Deus.* ubi significat Deum esse ipsam vitam. Et Alcinous loco recitato ait Deum esse essentiam, veritatem, &c. Plotinus vero Aenead. lib. 5. cap. 3. dicit, quod Deus est ipsum bonum (hoc est bonitas) non autem bonus; significans melius dici de Deo, quod sit ipsa bonitas, quam quod sit bonus.

QUARTA PARS.

Simplicitas non est perfectio rei, sed quaedam negatio.

Quod autem simplicitas non sit perfectio adiecta alijs perfectionibus naturae, sed sit sola remotio, seu negatio compositionis perspicuum est. Nam praecogitatis alijs perfectionibus Deitatis, quae non sunt res distinctae, sed eadem res; hac ipsa negatione, quod non sint res distinctae, significamus rem illam, quae ex nullis componitur, esse simplicem; ergo conceptus simplicitatis nullam perfectionem addit.

Observandum vero est, quod ait S. Thomas 1. p. q. 3. artic. 7. ad 2. inter res creatas aliquando eas esse perfectiores, quae sunt magis compositae; quia perfectiones earum afferunt multitudinem, & non possunt in simplici natura inueniri. Quibus verbis significat simplicitatem non afferre perfectionem, imò aliquando obstare perfectioni conuenienti naturae; ut si Deus efficeret substantiam sine accidentibus, illa esset simplicior, & minus perfecta.

At vero S. Greg. Nazianz. oratione de Christi Natiuitate, *Quid enim ille sit, inquit, qui simplicem naturam habet, exquiramus; non enim simplicitas illi natura est, quemadmodum neque compositis sola compositio.* Argute quidem, nam in compositis ipsa compositio aliquid est, scilicet quaedam coagmentatio ex pluribus; non tamen sola compositio est

I 4 natura;

Deus habet Deitatem, & est Deitas.

Deus & Deitas non est binarius rerum, & duplex Deus.

8. S. Iustinus etiam sentit, quod in Deo idem est esse quod est habere. S. Dionys. S. Athan. S. Hilar. S. Aug. S. Fulgent. S. Isidor. S. Gregor. Richard. Mar. Vict.

Solo intellectu in Deo distinguitur habens & id quod habetur.

9. ex Concilio Lateranensi, Rhemenensi, S. Bern. Inter Catholicos peruul-

gatum quod in Deo non est quaternio, sed est ternio personarum.

10. Aristot.

Alcinous.

Plotinus

1. Conclusio.

Simplicitas non est perfectio rei, sed negatio. Ostenditur 1.

2. Secundo S. Thomas.

Simplicitas aliquando obstat perfectioni conuenienti naturae.

3. Tertio Nazianz.

Sola compositio non est natura.

Simplicitas nullo modo est natura.

natura: at verò in Deo simplicitas non est natura. Itaque bonitas Deo est natura, & sapientia Deo est natura; sed simplicitas Deo nec sola natura est, neque villo modo natura est.

4. Simpli- citas est perfectionis absolutæ indicium, & corollarium.

Simplicitas tamen in ijs, quibus convenit, est argumentum perfectionis, vt infinitum, vnum, immutabile, quorum opposita imperfectionem important; id enim, quod habet compositionem, includit imperfectionem, scilicet causalitatē, & partes. Est ergo simplicitas non perfectio, sed perfectionis absolutæ indicium, & corollarium.

5. Scotus. Non est attributum Deitatis, neque causa perfectionis

Quæ verò contra obijcit Ioānes Scotus in 4. d. 8. q. 1. ad 1. ex his facile solvuntur. Nam asserimus simplicitatem non esse attributum Deitatis, sicut neque immortalitas, aut æternitas, vt infra dicemus; neque esse causam perfectionis; sed quid consequens ad perfectionem absolutam.

Confirmatio.

6. S. Gregor. S. Thom. Caiet.

Notram sententiam firmant S. Gregorius, & S. Thomas locis commemoratis, & idem S. Thomas in 4. d. 1. q. 1. art. 1. quæstiuncula 1. art. 1. ad 1. Thomas etiam Caietanus de ente & essentia cap. 2. & alij.

CAPVT XXV.

Deus non venit in compositionem.

7. Deus non est materia. Demonstrat Arist.

Explicata veritate Catholica, quòd Deus omnem compositionē à se excludat, ita vt nullatenus sit compositus: superest explicare, quòd etiam compositionem non ingrediatur ita, vt Deus non sit aliquid componens. Imprimis quòd Deus non sit pars compositi, quæ dicitur materia, demonstrat Aristot. lib. 2. Physicorum text. 77. nulla enim res à Deo magis distat, quàm ipsa materia, quæ est pura potentia: at Deus est actus purus. Materia nullo modo est actiua, sed solùm passiuua: Deus est omninò actiuus, nullo modo passiuus.

8. Deus non est forma rei creatæ. Probat. 1. S. Thom.

Deindè quòd Deus nò sit altera pars compositi, scilicet forma rei creatæ, probat S. Thom. 1. p. q. 3. art. 3. ex eo, quòd Deus est primum agens; forma autem alicuius indiuidui non est ipsius indiuidui efficiens causa; aliàs ignis, verbi gratia, secundum illam formam efficeret se ipsum, quod non potest fingi, aut credi;

A ergo si Deus esset forma rerum omnium, nullius rei esset causa efficiens. Et confirmatur, quoniã est primum agens, primò, & per se agens; forma autem compositi non agit primò per se, sed compositum; ergo Deus non est forma cõpositi.

Si Deus esset forma rerum omnium nullius rei esset causa efficiens. Confirmatur. Itē nò ageret per se primò.

Deindè probatur, quoniã forma per hoc, quod recipitur in materia, definitur, & coarctatur; Deus autem est infinitus secundum essentiam. Præterea omnis distinctio rerum specifica est penes formam: ergo si forma rerum omnium est vna, & eadem, scilicet Deus; omnes res sunt eiusdem speciei, non ergo homo est homo, neque Leo, Leo, sed omnia sūt vnum; quod dicebat Almaricus hæreticus, vnde meritò insanus dictus: imò neque res interirent, neque generarentur; omnia enim hæc accidunt secundum formæ mutationem; ergo si non sunt plures formæ, sed vna, & eadem, quæ est Deus, totam Philosophiam cõuellimus, imò & sensum negamus.

3. Probatur. 2. Forma per receptionem in materia limitatur. Probatur. 3. Penes formã est distinctio rerum specifi- ca. Almaricus hæretic. insanus. Itē generatio, & corruptio secundum mutationem formæ accidit.

Denique arguitur ad idem, quoniã effectus formalis est formæ quàm maximè proprius, vt vix discernere possis inter formam, & effectum; ergo si Deitas est forma rerum omnium, effectus huius formæ erit, vt omnia sint diuina, & omnes res sint Dij, habentes Deitatē. Vnde Commentator 12. Metaphys. cõmēt. 41. ait, quod hic fuit lapsus sapientum gentis Zebæorum, id est, idolatrarum, qui asseriebant licere hominibus omnia pro Deo colere, quia omnia essent Deo plena, quia Deus erat rerum forma.

4. Probatur. 4. Cõmentator de Zebæis idolatris.

Facilè est etiam eorum errorem confutare, qui dixerunt Deum esse ipsam existentiam rerum omnium, quod refellit S. Thomas pluribus argumentis lib. 1. contra gentes cap. 26. sanè nihil habet res magis proprium, quàm suam existentiam, quæ rei cuique tributa est, & in ipsa extat; aliàs si existentia non esset in essentia, essentia non existeret per illam; ergo existentia rerum creata est, & inter effectus creatos potissima. Ad hæc existentia recipitur à creatura, quoniã est à Deo cuique tributa; quod autem recipitur, continetur, & definitur; Deus ergo infinitus cum sit, & in nullo contentus, non est ipsa rerum existentia. Confirmatur, quoniã res dum generatur, accipit nouum esse; esse autem diuinum non est nouum, sed æternum. Quod si dicas illud esse æternum aduenire nouum, sēu de nouo

5. Deus non est ipsa existentia rerum omnium. S. Thom. Probatur. 1.

2. Existentiã à creatura recipitur, & definitur.

Confirmatur.

Obiect.

Occurritur,

Ipsam esse nouum esse potissimum effectus generationis, saltem naturalis.

nouo rei genitæ. Contra est; nam ipsum esse est potissimum generationis effectus; ergo est esse nouum, sicut & res noua: & hæc secundum generationem naturalē dicimus, quæ naturaliter ad nouum esse dirigitur, quo etiã terminatur. Alia enim est quæstio, an Deus suum proprium esse rebus conditis possit tribuere, non naturali generatione rerũ, sed (quæ sua est potentia) quod fieret per vnionem realem sui esse cum naturis rerũ creatarũ.

6. Probatur. 3.

Deus est quid realitèr extra res creatas existens.

Est alia ratio conclusionis non minùs dilucida. Nam si Deus est ipsum esse omnium rerum commune, hoc est, transcendens (vt Dialectici aiunt) quia entia omnia complectitur; communitas hæc est solùm in intellectu, atque adeò Deus nõ esset quid existens extra res creatas; sicut natura animantis non existit extra singularia. Si autem dicatur quod Deus est esse commune rerum, quia ipsa Deitas singularis (vt ita dicam) existens extra res creatas sit esse illarũ; repugnantia est in verbis: nam si Deus est extra res, non est esse rerum, nihil enim magis est intimum rei, quàm eius existentia: si verò extra res creatas Deitatem nihil esse dicis, Deum tollis. Confirmatur, quia esse rerum non est rerum quidditas, sed aduenit quidditati per actionem agentis; esse autem diuinum est ipsa Dei quidditas; ergo esse diuinum non est esse rerum.

Confirmatur. Esse diuinum est ipsa Dei quidditas.

7.

Deus non potest ingredi vllam compositionem. Probatur. 1.

Responsio. Infinito nihil est maius. Refellitur. In composito accrescit ex vtralibet parte entitas, atque adeò bonitas.

Deindè quòd Deus non possit ingredi vllam compositionem probatur communibus argumentis, quoniam omne totum est maius sua parte; & omne compositum est melius componente, vt supra: ergo si esset aliquod compositum ex Deo, & re creata, illud esset melius. Dices quòd, quia componens est infinitum, non sequitur conclusio, quia infinito nihil est maius. Sed indè ego arguo nõ esse possibilem compositionem; nam compositum habet rationem verã entis coagmentatam ex duplici entitate; ergo sicut in composito accrescit entitas, ita accrescit bonitas. Confirmatur, quia Deus nõ potest formalitèr esse in composito, quin formalitèr habeat esse definitum, & quasi conclusum, siue ex parte potentia, siue ex parte actus, siue ex parte totius. Impossibile enim est, quod totum finitum constet ex infinito: esset enim totum ipsum in infinitum minus quàm pars: cum potius oporteat totum esse maius, vt est per se notum.

Confirmatur.

Partes sunt finitæ.

A Secundò, quia quod componit, est in composito dependenter ab illo; Deus autem à nulla re alia potest dependere; ergo Deus non potest ingredi compositum formalitèr. Item tam potentia passiva, quàm actus, qui se respiciunt, à se inuicem dependent; sed in omni compositione est potentia, & actus; ergo est ex vtraque parte dependentia: sicut anima, etsi per se subsistat, tamen secundum quod componit, dependet à materia; ergo Deus non ingreditur compositionem, cum à nulla re dependeat. Et confirmatur, componens habet esse à composito, aliàs non esset formalitèr in composito; nam partes totius participant esse totius; aliter partes non sunt partes; sed Deus nullo modo accipit, aut participat esse ab aliquo; ergo nullo modo est intra compositionem.

8. Probatur. 2.

Pars dependet à toto. Item à com- parte, vt anima rationalis, secundũ quod componit, à materia.

Confirmatur. Partes participant esse à toto.

B Tertiò, compositio indiget externo agente, vt probatum est; ipsa enim forma, quæ copulatur materia, non potest esse causa efficiens illius vnionis, seu cõiunctionis, quia ageret in se ipsam; sed Deus non patitur agens externum, neque ipse agit in se ipsum; ergo nullo modo est pars componens. Et confirmatur, quia in omni actione Deus est agens; ergo etiam in omni compositione est agens: quia compositio etiã est actio: sed neque materia, neque forma, neque potentia passiva, neque actus, agunt in ea actione, qua cõiunguntur; aliàs agerent in se; ergo nullo modo Deus ingreditur compositionem, vt componens; aliter in ea non esset agens. Dicendum igitur est in nulla compositione Deum esse partem componentem; quæ est concors Doctorum sententia.

9. Probatur. 3.

Ipsa forma quæ copulatur materia non potest esse causa efficiens illius vnionis, quia ageret in se ipsam.

Confirmatur.

Omnis compositio est actio, atque adeò ab agente quod non sit pars in ipsa compositione.

D Excitatur autem hoc loco ingens disputatio, quid dicendum de humanitate in Christo, quæ est cum esse diuino coniuncta? Nam secundum sententiam S. Thomæ 3. p. q. 17. art. 2. (quam vt probabilior sequimur) existentia diuina vnitur, seu copulatur ipsi humanitati, quæ non habet aliam existentiam in Christo, nisi diuinam. Item essentia diuina in ratione intelligibilis principij coniungitur formalitèr re ipsa cũ intellectu Beatorum; quia non habet aliam formam intelligibilem, qua Deum videant, sine qua videre Deum impossibile est; sicut oculis intueri non possumus sine specie, seu forma visibili oculis inherente. Vbi autè est

10.

S. Thom. 1. difficultas de existentia diuina vnita humanitati.

2. de essentia diuina vnita intellectui beatorum.

est

est unio, seu nexus realis inter duo, necessario videtur esse compositio: nam ex hac unione resultat unum; unum autem, quod constat ex duobus, compositum est; neque videtur posse aliud intelligi; & ex persona Verbi, & humanitate fit compositum, quod est homo. At verò contra hæc rationes modò adductæ satis conuincunt non posse Deum ingredi compositionem, neque ut componatur ex aliquibus; neque ut ex illo aliquid componatur.

II.

Quamuis igitur latior disputatio de hac re alium locum exigat, breuiter dicendum est, quòd licet in rebus creatis nihil possit esse, nisi potentia, & actus; tamen quædam sunt, quæ ex propria ratione terminant, & claudunt naturam; & huiusmodi actus adueniunt nature, quasi fines naturam terminantes: terminus autem nature habet se per modum actus, quia natura absque hoc termino, & additamento est imperfecta, & inchoata; quod autem perficit rem, est actus rei; quod suo loco est vberius exponendum. Suppositum autem addit nature proprietatem terminantem, & quodammodo per modum actus perficientem, vt lib. 4. disputabimus. Si igitur sit suppositum aliquod, & existentia, quæ terminet quidem naturam creatam, sed nulla ratione ab illa pendeant, aut in illa sustententur per modum actus, qualia sunt suppositum, & existentia diuina; hæc non possunt dici actus nature, sed solum terminus; neque perficiunt naturam per modum actus, quem natura ipsa sustentet; sed ineffabili quodam modo natura actui coniuncta mutatione sui perficitur, ijs, quæ sunt diuina, non receptis, aut immutatis. Et simile est exemplum de visione Dei, nam forma intelligibilis gerit vicem obiecti; obiectum autem non est forma potentie intelligentis, sed potius est terminus; quia est id, ad quod potentia dirigitur: forma igitur intelligibilis, quæ gerit vices obiecti, & pro obiecto substituitur, si recipiatur in potentia intelligente, erit forma, & actus eius; si verò non recipiatur in illa, erit solus terminus cum potentia intelligente coniunctus, non tamen instar perficientis actus; sicut existentiam diuinam cum natura creata comparauimus. Quia ergo diuina essentia est forma, siue species intelligibilis, qua beati vident Deum, sed tamen non recipi-

Suppositum & existentia diuina non possunt dici actus nature humane, sed solum terminus.

Ineffabili quodam modo natura humana actu ipso coniuncta mutatione sui perficitur, ijs, quæ sunt diuina, non receptis, aut immutatis.

Essentia diuina cum non recipiatur in intellectu beatorum est solum terminus & non instar actus.

A tur in intellectu beatorum (essentia enim diuina non recipitur in aliquo receptaculo, vt diximus, eò quòd infinita sit) reliquum est, vt intellectui beatorum copuletur tanquam terminus, cuius coniunctione perficitur quidam ipse intellectus, sed non quasi per modum actus, aut forme in potentia passiuæ receptæ. Coniunctio autem, quæ non est ex potentia passiuæ, & actu, aut ex ijs, quæ se habent per modum potentie passiuæ, & actus, compositionis est expers.

At, vt argumentum omninò eluamus, est adhuc obseruandum, nullam unione, B coniuentionemve fieri in rebus creatis, in qua partes coniunctæ non habeant se nouo quodam modo re ipsa, quem antea non habebant; aliquid enim acquirunt per actionem, qua coniunguntur, & non aliud acquirunt, quàm nouum modum entis, siue modum essendi, vt aiunt. Vnde in illis duabus unionibus modò dictis, sicut sunt supra naturam: ita modus, quo partes coniunguntur, supra naturam est. Hoc verò est etiam supra naturam, quod ex altera parte solum est modus iste nouus, scilicet nouus modus à natura creata acquisitus, quo re ipsa Deo coniungitur;

C in Deo autem nihil est noui. Et hoc secundum rationem asseritur, non solum reuocando dictum hoc ad impossibile, quia impossibile est Deum mutari, etiã dum copulatur creaturæ: sed etiam, quia Deus quidquid est, per se subsistens est; quare si copulatur rei creatæ, nõ oportet, quòd ab ea pendeat, & sustentetur; sicut omnis res creata aequaliter pendet à re, cui coniungitur. Itaque & natura creata habet aliquid à supposito, & à natura ipsa suppositum: vnde & à se se inuicem pendet natura, & suppositum, vt lib. 4. dicemus.

At verò suppositum diuinum nihil habet D intrinsecum ab humanitate, aliàs mutaretur, & ideò non pendet ab illa, neque ingreditur cum illa compositionem, quæ enim compositionem ingreditur, pendet à toto composito. Igitur in hac unione sicut ex sola altera parte est nouus modus entis, scilicet, ex parte humanitatis, ita solum ex ea parte est compositio, scilicet, ex parte creaturæ, quæ Deo coniungitur: nam in ipsa creata humanitate est nouus modus entis in re ipsa, & ex modo illo entis, & natura humana fit compositio: is autem est nouus modus, vt scilicet humanitas coniungatur, siue copuletur

Intellectus qui dem perficitur coniunctione cum essentia, non tamè quasi per modum actus, aut forme in potentia passiuæ receptæ. Huiusmodi coniunctio compositionis est expers.

12.

Res create per actionem qua coniunguntur, semper acquirunt nouum modum essendi.

In Deo nihil est noui. Probatur. 1.

Secundò.

Creata natura & suppositum à se inuicem habent aliquid, & dependent.

Solum ex parte humanitatis est compositio quæ fit ex nouo modo entis, seu unionis & natura humana.

letur rei subsistenti, ipsi filio Dei, non quidem per modum actus cum potentia, sed per modum terminantis dentaxat, ut explicauimus.

13.

In vnionibus de quibus diffcultates supradictę, nihil est ex re diuina, & creata compositum tanquam tertia entitas.

Existimo igitur, quod in istis vnionibus nihil est ex re diuina, & creata compositum, quia nihil est quasi tertium constitutum ex vtraque re, & confectum ex vtraque, quod est compositum: quod credimus conuinci argumentis superioribus, quibus ostendimus Deum non posse ingredi compositionem. Aliud verò est de persona Christi composita, quæ non est quasi res tertia resultans ex duabus naturis; de cuius compositione aliàs agendum est.

14.

Ex intellectu beatorum, & nouo modo entis reali quo vnitur essentia diuina, estque in actu primo intelligibili, fit compositio.

Ad argumentum ergo respondetur, quod vnumquodque ut est ens, est vnum, & est compositum: igitur ad singula exempla ducentes, Intellectus beatus, ut est intellectuum principium, non includit in sua entitate Deitatem; sed solum potentiam, cui Deitas sit coniuncta in ratione obiecti; hæc autem vnio efficit in illo intellectu nouum modum entis, quo est in actu primo intelligibili, & hic modus est realis; & ita intellectus beatus intelligitur compositus ex illo, quia sicut est ens, ita vnum, & compositum. Similiter humanitas Christi, ut subsistens in Verbo, seu ut existens, non includit in sua tota entitate suppositum, aut existentiam diuinam; sed (ut ita dicam) modum illum essendi per suppositum, & existentiam increatam; nam humanitas Christi, etiam ut subsistens, & existens, est quid creatum, quia hoc factum est, ut humanitas subsisteret, & existeret; quod autem factum est, ad entitatem creatam pertinet: subsistit autem, & existit per subsistentiam, & existentiam increatam, ita ut in illa natura non sit subsistentia, aut existentia creata; sed solum sit modus entis, seu modus nature, ut subsistat, & existat per alienam, diuinamque subsistentiam, & existentiam.

15.

Modus dicendi, quod suppositum diuinum sit componens cum quo.

Refellitur. 1. Omnis compositio est ex quibus.

Refellitur. 2.

Ideo non probamus modum illum dicendi, quod in hac compositione humanitatis Christi suppositum diuinum sit componens, non componens ex quo, sed componens cum quo: omnis enim compositio est ex quibus, vel non est compositio, quod suo loco est agendum tomo. 4. Et præterea in omni compositione vnus entis sequuntur illæ conditiones, quod compositum sit totum quid, &

melius; & ab illo dependeant componentia, & habeant esse ab illo; quibus conditionibus essentia, aut persona diuina non potest esse subiecta. De compositione verò personæ, quomodo persona Christi dicatur composita ex duabus naturis, vbi illa non est componens, sed composita, longè diuersa est ratio; nam persona Christi non est composita tanquam tertia entitas, sed secundum officium, & munus personæ, eò quod subsistit in duplici natura; & ea etiam est composita ex naturis duabus, tanquam ex quibus, & non cum quibus.

B

Ex his autem colligitur, quod Deus potest quidem fieri homo vnione hypostatica; aut ostendere se ipsum aperte vnione reali intelligibili: sed aliàs naturis rerum non potest immisceri; quia si esset Deus altera pars compositi, ea absurda consequerentur, quæ sunt argumentis comprobata.

CAPVT XXVI.

Refelluntur hæreses contra simplicitatem Dei.

C

NVlla est adeò firma, probataque veritas, etiam ratione naturali demonstrata, quam hæreticorum improbitas non oppugnet. Prima igitur hæresis contra simplicitatem Deitatis, est eorum, qui Deum esse corpus existimarunt. Et eorum aliqui fuerunt præsi Philosophi teste Eusebio Cæsariensi. lib. 14. de Preparatione euangelica cap. 6. qui Deum crederent esse ipsum mundum, cuius anima Deitas. Eundem errorem ascribit Marco Varroni S. August. lib. 7. de Ciuitate Dei cap. 6. & 16. & Velleius apud Ciceronem lib. 1. de natura Deorum eundem tribuit Platoni. Idemque videtur sensisse Plinius lib. 1. de naturali historia cap. 1. Sed hoc opinionis portentum mirari opus est, non arguere. Ita enim ait Deum esse omnia, ut nulla res sit alia præter Deum: itaque negant rerum diuisionem, etiam sensu notam; vel potius Deitatem conuellunt, quia constituunt Deum, quasi aggregatum ex pluribus, quorum tamen omnium vna sit forma, scilicet Deitas; & hoc est iam supra satis impugnatum. Cui hæresi illa quoque similis est, quam tenuit Petrus Abailardus, ut refertur à S. Bernardo epist. 190. S. Bernardus scili-

Persona Christi non est componens, sed composita ex duabus naturis, non tanquam tertia entitas, sed secundum officium personæ, eò quod subsistit in duplici natura.

16.

1. hæresis existimantium Deum esse corpus.

Euseb. Cæs. Quibusdam Deuserat mundus ipse, cuius anima Deitas. Varro. apud S. Aug. Plat. apud Cicer. Plin.

Abailardi hæresis similis.

S. Bernardus

scilicet, Spiritum Sanctum esse animam mundi, quod non ad personalitatem referendum est, quasi persona Spiritus Sancti sit anima mundi; sed ad naturam Spiritus Sancti, quae est ipsa Deitas. Lege Alfonso de Castro lib. 5. contra haereses, verbo, Deus, numero. 11.

Castro.

Deus aereus Anaximenes, Diog. Apol. S. Augustinus.

At vero eorum, qui Deo tribuunt corpus ab alijs corporibus distinctum, Anaximenes, & Diogenes Apolloniates Deum aereum esse asseriebant. Et Anaximenes meminit S. Augustinus lib. 10. Confession. cap. 6. Interrogavi, inquit, auras stabiles, & respondit aer cum vicinis incolis, fallitur Anaximenes, non sum Deus tuus.

Deus celeste corpus Xenocrati apud Cicer. Manichaei Sollem, & Lunam adorabant. S. Aug.

Xenocrates vero Deum esse celeste corpus existimabat, ut refert Velleius apud Ciceronem lib. 1. de natura Deorum. Hunc videtur sequi Manichaei, qui Deum aiunt esse compositum ex corpore solari, aut lunari; Solemque, & Lunam adorabant, ut refert S. August. haeresi 46. & epistol. 74. ad Deuterium. De qua re differitur a Cicerone 1. & 2. lib. de natura Deorum.

Deus humana effigie, & corpore Epicuro, & Vadianis haereticis. S. Aug.

Epicurus vero Deum humana effigie, & corpore meditabatur. Hanc haeresim fuisse Vadianorum refert S. August. haeresi. 50. & in eodem errore sunt Antropomorphitae, quos supra diximus, ideò etiam hominem dixisse factum ad imaginem Dei secundum corpus, scilicet, ab eadem effigie corporea Dei deductum, & sequitur Auctorem Vadium, seu Audium, ut dicitur in historia Tripartita lib. 10. cap. 7. Denique omnes ferè Philosophi Deum existimabant corporeum, ut Auctor est Aristot. lib. 4. Physicorum tex. 52. & 57. In eadem haeresi dicentiam Deum corporeum recenset Theophrastus quosdam Galatas lib. de haeresibus quae sub Apostolis extiterunt.

Item Antropomorphitis. Vadius, seu Audius haereticus auctor. Histor. Tripartita.

Deus corpus reus omnibus ferè Philosophis. Aristoteles Theophrastus de Galatis quibusdam.

Conclusio, Deus non est corpus. Probatur. 1.

Contra hos omnes errores vna est assertio, Deum esse corporis expertem. Probatur, est enim corpus materiale, materia autem non solum est potentia, sed pura potentia ab actu remotissima, & imperfectissima, & defectu perfectionis est infinita, hoc est, non determinata; Deum autem est actus purus, perfectione infinitus. Item quod mouet primum corpus mobile, non potest esse corpus, quia corpus dum mouet, mouetur; loquimur enim de motu locali, qui est primus, & praecedit alios motus: & de motu quidem lo-

Materia prima defectu perfectionis est infinita. i. non determinata. Probatur. 2. Quod mouet primum corpus mobile non potest esse corpus.

cali per contactum, qui est proprius modus mouendi ad locum, scilicet impellendo; quod autem ad locum mouet contingendo, ut moueatur necesse est.

Iam vero quod Deus habeat corpus humanum secundum Deitatem est impossibile, quia illud esset elementare, & moueretur a caelo; omne enim elementum, aut quod ex elementis constat, caeli motioni subiectum est, ut est corpus humanum. Praeterea non posset Deus mouere caelum, quia motus animantis est motus deficiens, & non potest esse causa motus caelestis, qui est mensura aliorum. Vnde homo supra sphaeram caeli locatus non potest illam mouere, quia caelum non subijcitur alij motori, quam intelligentiae.

Circa secundam probationem aliqui frustra contendunt omne corpus, dum mouet, moueri; frustra, inquam, in hoc nituntur, cum constat magnetem non motum mouere ad se ferrum, quod S. Thomas docet 7. Physicor. lect. 3. Sicut enim generans, inquit, mouet grauia, & leuia, in quantum dat eis formam, per quam mouentur ad locum; ita & magnes dat aliquam qualitatem ferro, per quam mouetur ad ipsum.

Et motus ille localis ferri, ut ibidem docet S. Thomas, prouenit ex alteratione, qua ferum immutatur secundum qualitatem. Et idem probat S. Auctor experimento; nam si magnetem prius confricetur ferrum, facilius trahitur, quia scilicet facilius alteratur ipsum ferrum: quod si magnes perungatur alio, non attrahit ferrum, quia impeditur eius actio, qua alteraret ferrum. Caue ergo ne dixeris imprimi virtutem ferro a magnetem, & tamen magnetem non mouere ferrum; est enim ignorare Philosophiae vocem, quod magnes det ferro virtutem motricem, & non moueat ipsum; dare enim virtutem illam ferro est agere in ferrum; agentis enim est dare, & passus est recipere; ergo magnes agit, & ferrum patitur; & ita magnes non motus mouet, siue agit. Et probatur adhuc, quia alias ferrum esset viuens, si moueret se ad magnetem, & non moueretur ab ipso. Verum est quod Commentator Auerroes 7. Physicor. comment. 10. ait magnetem non mouere ferrum, sed questio non est huius loci; satis est nobis, quod magnes non mouet ferrum per contactum, qui est proprius modus mouendi localiter,

scilicet localiter.

Quod ad locum mouet contingendo corporaliter, & impellendo, ut moueatur necesse est.

Probatur. 6. quoad corpus sublunare.

Probatur. 4. quoad corpus animatum.

Homo supra sphaeram caeli locatus non potest illam mouere.

Secunda probatio expenditur.

S. Thom.

Magnes mouet ferrum per alterationem.

Probatur duobus experimentis.

Magnes dum tribuit virtutem motricem ferro recte dicitur illud mouere.

Probatur. 1.

Probatur. 2.

Auerroes.

Magnes non mouet ferrum, non tamen per contactum qui est proprius modus mouendi localiter.

scilicet impellendo, sed mouet per alterationem, vt diximus.

8. *Caiet.*
S. Thom.
Omne corpus mouens quocunque motu est etiam mobile saltem in potentia.

Idem S. Thom.

Aristot.
Motus localis est primus, & ideo debetur primo mouenti.

9. *Conclusio, ex sacris literis probatur. 1.*

Probatur. 2. contra Antropomorphitas. Isaia. 40.

Actor. 17.

Roman. 1.

S. Aug.

10. *Patres pro conclusione.*

S. Iustinus.

S. Iren.

Origen.

S. Basilius.

S. Nyssen.

Nazianz.

S. Epiphani.

Theodoret.

S. Chrysof.

S. Damasc.

Dicendum ergo est cum Thoma Caietan. 1. p. q. 3. art. 1. quod omne corpus mouens quocunque motu, est etiam mobile saltem in potentia, quod S. Thomas probat inductione. Vel dicendum melius est, vt modò dicebamus, quod omne corpus, quod mouet motu locali secundum contactum, mouetur actu, dum mouet, vt probat S. Thomas 1. contra gentes cap. 20. motus autem localis est primus, vt probat Aristot. 7. Physicorū tex. 10. & ideo debetur primo mouenti; ergo qui ponunt primum mouens corpus, ponunt consequenter illud esse mobile, quod est impossibile; ergo primum mouens non est corpus, quod probandum suscepimus.

Hoc autem ipsum enunciatur, quod Deus sit expers corporis, vt potè verus spiritus, & spiritualis substantia, probatur ex sacris literis: nam Deus sæpius dicitur spiritus. Item probatur, quia si Deus esset corporeus, posset assimilari per imaginem corpoream, quod Antropomorphitæ dicunt; hoc autem est contra testimonium Isaia cap. 40. *Cui simile fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei?* Et Actor. 17. *Non debemus existimare sculpturæ artis, & cogitationis diuinum esse simile.* Et Roman. cap. 1. *Mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis.* Quo testimonio vtitur S. Augustinus hæresi. 50. contra Antropomorphitas, qui hæresim Epicureorum instaurarunt. Nam idololatræ eò etiam sunt Deo iniurij, quod arbitrantur imaginem hominis diuinæ gloriæ, id est, excellenti, & supersubstantiali essentiæ esse persimilem, quasi Deus corporeus sit, & humana figuræ.

Hanc ipsam veritatē confirmant Patres. S. Iustinus in Dialogo cum Triphone, S. Irenæus libr. 2. cap. 16. Origenes libr. 7. contra Celsum, & homil. 3. in Genes. S. Basilius homil. 10. in Exameron, S. Gregorius Nyssenus oratione 1. in illud, *Factamus hominem, &c.* S. Gregorius Nazianzen. oratione 2. de Theologia, S. Epiphanius de hæresibus hæresi 70. Theodoretus in Epitome diuinarum Decretalium cap. de principio, S. Ioannes Chrysofomus homil. 1. in epistolam ad Colossens. S. Ioan. Damascenus libr.

1. fidei Orthodoxæ cap. 4. S. Cyprianus in tractatu de vanitate Idolorum, Sæc. Ambros. libr. 2. de Spiritu Sancto cap. 10. S. Hieronymus in Psalm. 93. S. Augustinus libr. 3. Confessionum cap. 7. S. Gregorius libr. 10. Moralium cap. 10. S. Anselmus Monolog. cap. 20. Cassianus collatione 10. cap. 3. & 5.

Merito ergo S. Augustinus de hæresibus hæresi 86. cum refert Tertullianum libr. contra Praxeam asserentem Deum esse corporeum, excusat eum, & declarat quod dixerit corporeum, id est, solidum, & plenum. Nam ipse Tertullianus libr. de resurrectione carnis habet similem loquutionem de anima. *Nos autem animam, & hic corporabilem profiteremur habentem proprium genus soliditatis substantiæ.* Et ita videtur dixisse Deum corporeum, id est, plenum, & constantem, ne in re adeò perspicua, & in communi Patrum consensu Tertullianus desipere indicetur. Quæ explicatio sententiæ comprobatur verbis Phæbadij apud S. Hieronymum in Cathalogo numerati libr. contra Arianos, *Corpus, inquit, spiritus, sed corpus sui generis. Nam & inuisibilis, & incomprehensibilis spiritus: numquid tamen inane, & vacua res Deus.* Vbi dixit spiritum corpus quod non comprehenditur, nec videtur; & clariùs, quod non est inane: & hac significatione Deum esse corpus.

Secunda hæresis est contra simplicitatem diuinæ naturæ, ille antiquus Philosophorum error, quem Aristoteles 2. Physicorum manifestè conuicit, & prorsus obliterauit, qui Deum dixerunt esse materiam primam. Neque vltus hæreticorum in eo errore hæsit. Sed vnus Dauid de Diuinando dixit Deum esse ipsam materiam primam, vt refert S. Thom. 1. contra gentes cap. 17. eò quod materia, & Deus essent res simplices, in simplicibus autem non esse differentias, quibus possint differre, atque ideo esse idem. Hoc vltimum consequens negat S. Thomas, nam eà, quæ propriè non differunt, quasi differentijs distincta, sunt tamen primò diuersa, quia in nullo conueniunt. Itaque tantum abest, quod nullo distinguantur, vt potius maxime distinguantur, quia maxime distat. Si verò differentijs differrent, saltem in genere conuenirent.

S. Cyprian.
S. Ambros.
S. Hieron.
S. August.
S. Gregor.
S. Anselm.
Cassianus.

11. *S. Augustin.*
explicans Tertullianum.

Tertullian.

Phæbad. apud S. Hier.

12. *Secunda hæresis, Deum esse materiam primam.*
Aristot.

Dauid de Diuinando apud S. Thom.

Deus & materia prima sunt primò diuersa
Quæ differentijs differunt saltem in genere conueniunt.

^{13.} Tertia hæresis, quod Deus similiter sit anima mundi, est error contra fidem, qui dicitur fuisse Platonis, ut refert S. August. 13. de Ciuitate Dei cap. 16. 17. & 18. & lib. 7. de Ciuitate Dei c. 6. Imò & Romanorum ait fuisse idem S. Aug. 4. de Ciuitate Dei cap. 11. & 12. Et Eusebius 14. de Præparatione Euangelica cap. 6. tribuit hunc errorem Democrito. At verò S. Thomas 1. p. q. 3. artic. 8. ad hunc errorem reuocat hæresim Almarianorum asserentium Deum esse formale principium rerum omnium, quasi ingrediatur compositionem, ut forma. Turrecremata autem in summa libr. 4. cap. 53. Almericum auctorem illorum credidisse ait, quod Deus sit essentia rerum omnium, ita ut omnia sint vnum: essentia autem etiam ad principium formale reuocatur. Error hic Almerici damnatus est cap. *Damnamus*, de summa Trinitate, ubi rectè definitur eam sententiã non tam hæreticam esse, quàm insanam. Et cap. *Firmiter*, ad finem iterum exploditur. Quod probè docuit S. Bernard. sermon. 4. super Cantica, *Deus, inquit, est esse omnium rerum, non essentiale, sed causale.* Explandã autem est hoc loco sententia Comment. 11. met. comment. 18. dicentis omnes formas esse actu in primo mouente, sicut sunt in materia in potentia. Apparet enim noua hæresis excogitans Deum omnibus formis actu præditum, quibus formalitèr sit omnia. Sed dicendum est virtutem actiuam esse actum existentem; & ita quæ sunt in virtute actiua contenta, licet non sint in se ipsis actu, sunt tamen contenta in quodã actu existènte, à quo possunt produci: quæ verò sunt in potentia passiuã materiæ, non sunt ea ratione vllatenus in actu. Et ita rerum formæ sunt in Deo in actu, quoad hoc quod sunt in virtute eius actiua, quæ est purissimus actus; non tamè sunt in Deo formalitèr. Neque potest cogitari, quod Deus formalitèr sit multa, eaque finita, sed est omnia eminentèr.

^{14.} Quarta hæresis Priscillianistarum, qui dixerunt Deo conuenire successione temporis virtutem quandam. Contra quos S. Leo primus epistola 91. cap. 2. elegantèr scribit, *Deum sicut mutabilem, ita & proficientem dicere nefas est: quàm enim mutatur, quod minuitur; tã etiam mutatur, quod augetur.* Eaque est communis Patrum sententia, quicquid

A in Deo est essentiam, & substantiã esse. Probat hoc S. Augustinus 5. de Trinit. cap. 4. & 16. ita ut neque relationem, quæ est res minima, consentiat Deo posse aduenire, quod suo loco disputabim⁹. Refutatur autem error hic, tum ex eo, quod Deus est immutabilis; id autem, quod aduenit substantiæ præexistèti, accidit cum aliqua mutatione substantiæ; quoniam mutatur substantia secundum id, quod est adueniens. Præterea id quod aduenit substantiæ est accidens: nullum autem accidens in Deo est; tum ex eo, quod Deus est simplex; accidens autem non solum affert compositionem, sed etiam compositionem, quæ est per accidens, & imperfectissima: tum maximè, quia accidens non est ens primum, cum sit entis ens, & ens in alio; est ergo omne accidens creatura; quod si in Deo esset, Deus esset compositus ex creatura, & Deitate; quicquid autem est in Deo, est Deus. Vnde hæc veritas per consequutionem clarissimè educitur ex sacris literis, in quibus Deus dicitur immutabilis; & dicitur ipsa sapientia, & fortitudo, & vita; nulla autem creata natura, seu substantia est sua sapientia, aut virtus: nulla ergo virtus successione temporis Deo aduenit.

C Denique duæ adhuc sunt de Deo falsæ opiniones contra simplicitatem Deitatis, siue ut asseras diuinas personas distingui re ipsa ab essentia, & efficere compositam essentiam; siue ut Deum, & Deitatem ita esse distincta, ut ex Deo, & Deitate sit Deus ipse compositus. Hoc secundum dogma iam supra refutaui- mus luculentèr. Illud primum de personis, & essentia, ad finem huius libri impugnaturi sumus.

D CAPVT XXVII.

Quæ sit realis distinctio, & quæ ratio- nis, explicatur.

Progrediendum est vltèrius ad explanationem perutilem, quæ sit distinctio realis, quæ verò rationis? Cum enim plura cogitemus de Deo, quæ verè in Deo sunt; plura autem hæc videantur opponi simplicitati Deitatis; quærendum iam est, quo pacto hæc plura inter se sint distincta? quæ est ingens controuersia inter Scholasticos; & ab hac priori, quam præponimus, inchoanda, scilicet, quot sunt

S. Augustin. etiam relationem Deo aduenire non consentit. Refutatur hæresis primò. Deus est immutabilis.

Refutatur. 2. In Deo nõ est accidens. Prima ratio.

Secunda ratio optima,

Accidens nõ est primum ens, sed ens ens, & ens in alio,

In sacris literis Deus dicitur immutabilis. Item dicitur ipsa sapientia, & fortitudo, & vita, &c.

^{15.} Deus non est re ipsa compositus ex Deo, & Deitate, ut supra probatum est.

Nec ex personis & essentia, ut infra dicitur.

sunt genera distinctionum? Præsens autem disputatio præmittenda etiam fuit ut qua distinctione personæ diuinæ distinguantur, differamus cap. huius libri ultimo. Diuidimus cap. hoc in partes duas.

Pars prior. *Quæ sit distinctio realis, quæ rationis?*

Posterior pars. *Quo discrimine discernatur distinctio realis à distinctione rationis?*

PARS PRIOR.

Quæ sit distinctio realis, quæ rationis?

1.

Communis igitur & in usu omnium Philosophorum est distinctio illa realis & rationis. Et ut incipiamus ab ipsa distinctione distinctionis, videndum est quid significetur per distinctionem realem, & distinctionem rationis, quæ sunt partes diuidentes: non enim constat hoc apud omnes, sed res est dubia, & usus nominum varius; unde in æquiuoco laborare contingit.

2.

Identitas, & distinctio opposita sunt.

Prius autem cogitandum est quod distinctio & identitas opponuntur, sicut vnum & plura: nam in vno identitas, in pluribus distinctio est. Differunt autem quia vnum & plura significant res ipsas additis negationibus: vnum enim significat negationem multitudinis; plura autem significant res plures, & quod vna non sit alia; quæ negatio plurium antecedit negationem vnius secundum cognitionis ordinem, ut ad finem huius libr. disputabimus. Vnum ergo & plura significant res ipsas adiectis negationibus: Identitas autem & distinctio sunt nomina relativa, quæ significant relationes consequentes vnitatem, & multitudinem; & sunt quodammodo contraria, ut æquale & inæquale; nam id quod est idem cum aliquo, non est ab illo distinctum; sicut quod est æquale, non est inæquale.

3.

Identitas semper est relatio rationis. Distinctio vero aliquando est relatio rationis.

Si igitur queratur de his relationibus, an sint relationes reales, an verò rationis? per facilius est explicatio: nam identitas est relatio rationis cum sit eiusdem ad se ipsum; relatio autem realis est inter res distinctas. At verò distinctio aliquando est relatio realis, & nonnunquam rationis; realis est quoties intercedit inter res plures, & existentes actu, & eas absolutas non relativas: in cæteris est relatio rationis, ut perspicuum erit lib. 3. explicati-

Ata notione relationis realis. Omnis ergo distinctio inter entia rationis; aut inter ens reale, & rationis; aut inter ens actu existens, & existens in potentia causa, relatio rationis est apud antiquos: similiter ea quæ est inter partes continui quæ non sunt actu entia: & illa etiam distinctio quæ est inter personas diuinæ, quia non aduenit absolutis, sed relativis, est relatio rationis, ut libr. 3. dicemus: relatio etiam distinctionis inter materiam & formam (ut placet doctioribus) est rationis; quia materia & forma non sunt entia integra & completa: imò prius natura distinguuntur, quam existant; quia distinctio partium antecedit compositum, ad quod consequitur existentia; & ideo distinctio antecedens inter partes est relatio rationis, quia antecedit existentiam partium; neque videtur necessaria alia relatio consequens existentiam, quæ partes iam existentes distinguantur. Quibusdam etiam placet non esse relationem realem inter accidentia, sed solum inter substantias. Et hæc quidem de relationibus dicta sint.

Attendendum igitur est quod cum disputamus de distinctione reali & rationis, non ideo dicimus distinctionem realem, quia est relatio realis, sed quia est distinctio inter res plures: nam distinctio inter materiam & formam realis est, & inter personas diuinæ realis est distinctio, cum tamen neutra distinctio sit realis relatio. Dicitur ergo distinctio realis à fundamento, scilicet, quia fundatur in rebus pluribus: & in eo sensu querimus quæ sit realis distinctio, quæ verò rationis?

Convertendum est quod cum disputamus de distinctione reali & rationis, non ideo dicimus distinctionem realem, quia est relatio realis, sed quia est distinctio inter res plures: nam distinctio inter materiam & formam realis est, & inter personas diuinæ realis est distinctio, cum tamen neutra distinctio sit realis relatio. Dicitur ergo distinctio realis à fundamento, scilicet, quia fundatur in rebus pluribus: & in eo sensu querimus quæ sit realis distinctio, quæ verò rationis?

Digitur ne hæreamus in æquiuoco aduertendum est qua significatione nomen istud, distinctio, usurpetur: nam sumitur sepe formaliter, ut aiunt, pro ipsa relatione distinctionis; sæpius verò materialiter siue fundamentaliter pro rebus ipsis in quibus est distinctio: quo sensu Aristot. 3. Metaph. text. 1. accipit diuisionem pro ipsa multitudine diuisa. Aliqui etiam distinctionem formaliter vocant positivam, quia ponit relationem; materialiter verò vocant negatiuam, quia diuisio materialiter sunt ipsæ res diuisæ, & esse diuisas est vnam non esse aliam, quod est negatio. Nonnulli verò illam distinctionem formaliter appellant in actu signato; istam verò materialiter dicunt in actu exercito. Et eodem modo dicitur identitas formaliter, siue positivè, siue in actu signato rela-

Relatio distinctionis inter materiam, & formam est ratio- nis. Probatur.

Sunt entia non integra, & incompleta, & prius natura distinguuntur, quam existant.

Quibusdam placet non esse relationem realem inter accidentia.

4. Distinctio realis dicitur, non quia est relatio realis.

5. Distinctio, & identitas sumitur sepe formaliter, siue negativè, siue in actu signato. Sæpius verò materialiter, siue positivè, siue in actu exercito.

Aristot.

tio eiusdē ad se ipsum: idētitas verò materialiter, siue negatiuè (vt aiunt) siue in actu exercito, non est relatio, sed res ipsa, quæ sibi est idem, vt identitas Petri cum se ipso est Petrus, qui non est alius à se, vt colligitur ex Aristotele 5. *Metaphys. tex. 15.* Accidit igitur vt distinctio quæ formalitèr est relatio rationis, materialiter dicatur realis distinctio, quia sunt res plures, quarum vna non est alia: est enim distinctio realis, quasi dicas, distinctio rerum, siue res ipsæ distinctæ. Et identitas, quæ formalitèr est relatio rationis, materialitèr dicitur idētitas realis, quia est res vna & eadem quæ non est alia à se. Et in hac vsurpatione solet agitari quæstio quænam sit realis distinctio? hoc est, quid necessarium sit ad hoc vt res ipsæ inter se sint distinctæ negatiuè, & vna non sit alia? *Distinctio autem hoc modo materialitèr (vt aiunt) siue fundamentaliter, sumitur vel pro rebus ipsis distinctis, vel pro fundamento distinctionis quod est negatio inter res plures: sed parùm hoc interest ad quæstiones excitandas vt rous modo accipiantur; coniuñcta enim hæc sunt, vt vbi sunt res distinctæ, sit etiam fundamentū reale distinctionis; & vt illud non inueniatur, nisi in rebus distinctis. Eadem ergo difficultas versatur in tradendis documentis ad dignoscendum quòd res distinctæ sint vt vna non sit alia, & quæ res habeant in se ipsis distinctionis fundamentum, in quo scilicèt fundatur ipsa relatio. Et ita possumus accipere distinctionem vel pro rebus ipsis distinctis, vel pro fundamento distinctionis quod inest rebus.*

Post hæc præmittenda est in re propo-
 sita distinctio ipsa entis, qua ens diuiditur in ens reale & rationis: sunt enim qui explicant ens reale esse ens extra animam, & ens rationis esse ens in anima: sed tamen valdè decipiuntur, & in re quidèr perspicua; vel saltèr abutuntur verbis Aristotelis 3. de anima cap. 18. nam ens in anima est species, seu conceptus ipsius entis, quod est etiam ens reale: sed illi videntur mihi accipere ens in anima, quasi obiectū intellectus, pro eo quod non habet existentiam, sed solum cognoscitur. Alij verò qui ens reale dicunt primam intētionem, & ens rationis secundam intētionem, falluntur etiam maximè; licet enim nihil sit

A ens reale quod non sit prima intētio; & è contrario secunda intētio non sit, quod non sit ens rationis: tamen neque omnes primæ intētionēs sunt entia realia, vt Creator, cæcus, &c. neque omnia entia rationis sunt intētionēs secundæ, vt cernitur in ijsdem exemplis creator, cæcus, quæ entia rationis sunt, sed non intētionēs secundæ.

Breuitèr igitur dicendum quod ens reale est, quicquid in rerum natura potest existere: ens autem rationis quod solum in intellectu considerante est, id est, cognoscitur; & hoc solum habet esse, si quod habet. In qua diuisione accipimus ens, non pro ente actu quod est existens; sed in tota amplitudine, & pro eo quod potest existere; nam quod potest existere in rerum natura non est ens rationis; ergo ad ens reale est reuocandum, ne curta sit diuisio. Diximus autem ens esse rationis, quod in sola cogitatione mentis potest inueniri, vt insinuemus pertinere illud ad speculantem cognitionem, in qua obiectum est, dum intelligitur; aliàs per scientiam practicam diuinam existunt res omnes, quia per illam efficiuntur; sicut per cognitionem nostram practicam, arte facta: & idcirco esse in cognitione practica est esse vt in causa, vt sunt entia realia in scientia Dei; sed entia rationis sunt in solo intellectu speculante, dum cognoscuntur: continet ergo ens rationis negationes, priuationes, signēta, denominationes extrinsecas, relationes non reales, & ipsas rationis attributiones, quas secundas intētionēs nominamus.

D His positis posset videri facilis distinctio illa, qua ipsū genus distinctiois diuiditur in distinctioē realem, & distinctioē rationis: vt scilicèt dicamus entia realia distinguī reali distinctioē, & entia rationis distinctioē rationis. Sed hoc nō potest fieri, tū quia aliqua entia realia distinguunt ratio sola, seu contēplatio, quæ re ipsa nō sunt distincta; vnde distinctio rationis pertinet etiā ad entia realia, vt statim videbimus: tū etiā quoniā aliqua entia realia distinguuntur re ipsa, nō tamē reali distinctioē simplicitèr, absolutèq; loquendo. Et circa hoc quidam errauerunt asserētes quòd actio & passio; quantitas, & situs distinguuntur reali distinctioē, quæ tamen ex sententia Aristot. distinguuntur ratione, vt ostendemus.

Igitur

Omnis secunda intētio est ens rationis. Creator cæcus &c. sunt primæ intētionēs, & tamen sunt entia rationis.

7.
 Quid sit ens reale?
 Quid ens rationis?

Ens rationis pertinet ad cognitionē speculantem, in qua est obiectum dum intelligitur.

Ens rationis multiplex.

8.

Actio & passio, quantitas, & situs, sunt entia realia distincta ratione ex sententia Aristot.

Aristot.

Accidit vt distinctio quæ formalitèr est relatio rationis, materialitèr sit distinctio realis, i. distinctio rerū, seu res ipsæ plures, siue fundamenta realia relationis distinctionis, scilicet negationes inter res plures. Similitèr idētitas.

6.

Arist.

Omne ens reale est prima intētio.